



PHI
RAT
EU

MODERN
AB OT

DOCTRIN
AD SUBLIM
QUA D

SUBNEXO

LOGIC

TUM AD D

INSPICIEN

FRANCISCO

AN. LL. ET PH

TRITONICE

J. G. C. WIS

A. L.

PHILOSOPHIA
RATIONALIS
ECLECTICA
AD PALATUM

MODERNI ERUDITIORIS SÆCULI
AB OTIOSIS · MEDITATIONIBUS

DEPURGATA,

DOCTRINIS, ET ANTIQUIS ET NOVIS,
AD SUBLIMIORES QUASCUNQUE SCIENTIAS
QUA DOCENDAS, QUA DISCENDAS,
UTILISSIMIS LOCUPLETATA,

AC DEMUM

SUBNEXO AD CALCEM APPENDICE
LOGICÆ CONTROVERSÆ,

TUM AD DOCTRINAS PROPOSITAS PENITUS
INSPICIENDAS, TUM AD ACQUIRENDUM
DISPUTANDI HABITUM

AUCTA AUCTORE

FRANCISCO JOSEPHO WEISKIRCH,

AA. LL. ET PHILOSOPHIÆ DOCTORE NEC NON
UTRIUSQUE JURIS LICENTIATO ET CAMERÆ
IMPERIALIS PRACTICO.

EDITIO SECUNDA.

WEZLARIÆ,

J. G. C. WINKLERI JUNIORIS SUMTIBUS.

A. R. S. MDCCLXXXIII.

Philos. 413

²Be

1402 766 01



P
Philos
I Lo
Scientia
Januam
nomine
stavit su
culi mo
supelle
rere fa
partim a
num in
quám ac
infantun
fatum est
nativz e
fis aque
arquo hu



PRÆFATIO.

Philosophiam Rationalem sive
Logicam quisquis aliarum
Scientiarum omnium Clavem aut
Januam prædicat, proprio eam
nomine compellavit, non cohonestavit supra modum. Quod a Sæculi moderni Censoribus partim ad supellectilem superfluum, qua carere facile possit Orbis literatus, partim adeo ad noxia, quæ Tyronum ingenia obtundant magis, quàm acuant, amandanda putetur, infaustum præstantissimæ Disciplinae fatum est, sed quod nequaquam nativæ ejusdem indoli, verum otiosis atque intricatis Mentium, plus æquo luxuriantium, meditationibus,

bus, quæ in Scientiæ nostræ, utut invitæ, interiora etiam adyta penetrarunt, adscribendum. Casum vero cum jamjam minaretur proximum, suos equidem susternere humeros, quassatamque a tristi occasu vindicare, variis artibus tentarunt varii; rem tamen omnem, ut quidem memini, hæctenus haud quaquam adeo confecere, quin aliorum solertiæ nonnulla etiamnum facerent residua. Alii enim (quod pace tantorum Virorum dixerim) dum exuberantis Scientiæ ramos inutiles, quo reliqui pulchrius efflorescerent; amputandos rectè quidem secum statuerent, eo tandem nimio castigandi ardore abrepti sunt, ut, delectu non satis habito, & complura cum supervacaneis necessaria, & essentialia cum allo-

alodriis
primig
tendebat
sisterent
utut pale
fecerere
vissent,
tempera
starum
Scientiæ
nihil con
ad Ræ
inde ad
nos ut in
viam hoc
diam, &
tare ejusc
ta cancell
doctrinaru
coardatum
ambages

allodriis refecarent, atque ita, quam primigeniæ puritati restituere intendebant Artem, eam plus justo sifterent denudatam. Alij contra, utut paleas a granis accurato cribro fecernere, initio scribendi decrevissent, progressu tamen adeo sibi temperare haud potuere, quin haustarum a juventute reflexionum, Scientiæ nostræ scopo parum aut nihil conducentium, tractationes, ad Ætatis nostræ fastidium, hinc inde admiscerent. Quæ res fecit, nos ut in animum induxerimus, viam hoc in bivio indagare mediam, & specimen Logices tentare ejuscemodi, quod neque intra cancellos nimis angustos, cum doctrinarum multarum jactura, coarctatum sit, neque etiam per ambages longiores, ad dispen-

dium laboris ac temporis diffusum, verum in iis iusta methodo occupetur unice, quæ ex genuino hujus Disciplina officio dicenda, tractandaque videbuntur. Cæterum proposito si eventus minus ex voto responderit, conatum certe æqui, bonique consulet **LECTOR BENEVOLUS**, qui ut nobis æquus censor, sibi vero diutissime sospes sit atque incolumis, precamur ex animo. Dab. Wezlarix III. Non. Jan. clō lō CCLIV.



INDEX

Index
 IND
 De Virtutibus
 De prima
 Art. I. De N
 Art. II. De v
 Art. III. De v
 Art. IV. De l
 Art. V. De
 De secund
 Art. I. De j
 Art. II. De
 Art. III. De
 Art. IV. De d
 Art. V. De P
 Art. VI. De P
 Art. VII. De P
 De Tertia M
 Art. I. De R
 Art. II. De
 Art. III. De
 Art. IV. De
 Art. V. De P

INDEX GENERALIS
RUBRICARUM.

PARS I.

De Viribus seu Operationibus Intellectus humani.

CAPUT I.

De prima Mentis Operatione five Idea.

- Art. I. De Natura idearum & Genesi.
- Art. II. De variis idearum Speciebus.
- Art. III. De Virtutibus idearum ac Vitiis.
- Art. IV. De Mediis emendandi ac perficiendi ideas:
ubi de Definitione ac Divisione.
- Art. V. De Terminis, idearum signis.

CAPUT II.

De secunda Mentis Operatione five Judicio.

- Art. I. De Judiciis & Propositionis constitutione, nec
non divisionibus utriusque generalibus.
- Art. II. De Propositionibus compositis.
- Art. III. De methodicis propositionum Cognomentis
& Officiis.
- Art. IV. De diversis propositionum Sensibus.
- Art. V. De Propositionum Oppositionibus.
- Art. VI. De Propositionum Equipollentiis.
- Art. VII. De Propositionum Conversionibus.

CAPUT III.

De Tertia Mentis Operatione five Ratiocinatione.

- Art. I. De Ratiocinatione, ejusque speciebus generatim.
- Art. II. De Syllogismo in genere & simplici in specie.
- Art. III. De Syllogismis compositis.
- Art. IV. De Syllogismorum imperfectorum Reductionibus.
- Art. V. De Paralogismis & Sophismatis.

PARS II.

*De Veritate, ejus speciebus, & harum fontibus
ac fundamentis.*

CAPUT I.

De Veritate certa.

- Art. I. De primo certitudinis metaphysicæ fonte,
seu evidentia.
Art. II. De altero certitudinis metaphysicæ fonte, seu
testimonio conscientia.
Art. III. De fonte certitudinis physicæ, seu testimo-
nio sensuum.
Art. IV. De fonte certitudinis moralis, seu testimo-
nio hominum.

CAPUT II.

De Veritate probabili.

- Art. I. De Probabilitate hermeneutica.
Art. II. De Probabilitate historica.
Art. III. De Probabilitate politica.
Art. IV. De Probabilitate physica.

PARS III.

De Methodo veritatem inveniendi ac proponendi.

CAPUT I.

De Methodo veritatem inveniendi.

- Art. I. De Methodo experiendi.
Art. II. De Methodo meditandi.
Art. III. De Methodo legendi.

CAPUT II.

De Methodo veritatem proponendi.

- Art. I. De Methodo docendi.
Art. II. De Methodo disputandi.
Art. III. De Methodo scribendi.

PRO-



PROLEGOMENA
DE INDOLE, DIVISIONE, FINE, ET
OPTIMA LOGICÆ TRADENDÆ
METHODO.

§. I.

Philosophia Rationalis sive Logica, in genere suo spectata, est Scientia * inveniendæ, proponendæque Veritatis. **

* Scientia est habitus deducendi conclusiones ex certis, indubiisque principiis; talem vero & Logicam esse, cum ex decursu palam fiet, nemo certe Scientiæ titulum eidem disputaverit.

** Posteriores hæ particulæ differentiam Logicæ specificam constituunt; a fine enim specificari, id est, ab aliis omnibus contradistingui quamcunque Scientiam, constat.

§. II. In specie, alia *Naturalis* audit, *Artificialis* alia. *Illa* est complexus principiorum generalium, quorum notitia humanæ Menti ipsius Naturæ beneficio est insita: *Hæc* vero complexus regularum

magis specialium, quas aut experiundo didicimus ipsi, aut ab aliis traditas accepimus. *

* Cave autem, existimes, designari a nobis congeriem quæstionum ejuscemodi, quæ, utur operose deciduntur ab aliis, fulciantur rationibus, ab objectionibus vindicentur, usum tamen in vita humana prorsus habent nullum. Est illa sane Logica, Logices nomine indigna, & vel ideo acrius increpanda, quod sub mendaci larva & ementito habitu, tantum ubique odium præstantissimæ Scientiæ concitarit. Postliminium ergo intaureretur Logicæ sanæ, exilium vero decernatur fatuæ; quorsum enim tanta temporis jactura, quorsum tanta mentis contentione addiscuntur docta illa, si Superis placet, sapientum somnia, vel, rectius ut loquar, deliria? quorsum, inquam, nisi in spem futuræ oblivionis? imo in summum rei tam privatæ quam publicæ detrimentum, cum vanis diutissime, inanibusque speculationibus distineantur Tyronum ingenia, ne rebus seriis, utilibus, in omni vitæ genere necessariis vacet locus . . . Laudem hic præcipuam merentur Patres Soc. Jesu, qui, via incedentes media, nec otiosis meditationibus nimium indulgendum putant

putant, nec etiam Logicam nimis jejunam, siccamque tradere amant.

§. III. Artificialis, quæ una præsentis tractationis objectum est, alia porro *Sectaria* dicitur, alia *Eclectica*. Prior est, quæ certæ cujusdam Sectæ Auctorem, duccem suum & antesignanum sequitur: * *Posterior*, quæ servitutis omnis impatiens, amansque libertatis, nullius in verba vel sententiam jurat, sed auctoritate quavis, insuper habita, legibus non aliis, quam quas naturalis Ratio suggerit, se alligare consuevit. **

* Sic Philosophia Epicurea, Platonica, Aristotelica, Cartesiana, aliæque plurimæ Sectariæ sunt, eo quod solenne suis Auctoribus, & despoticum, ut ita dicam, dixerint sacramentum, vel, ut vulgo loquimur, præstiterint homagium, adeo, ut a receptis eorum Thesis, Hypothesis, Systematibus, Opinionibus, nec latum unguem, quasi sub perduellionis poena, recedere audeant.

** Nata inde Philosophiæ Eclecticæ symbola: Amicus mihi Aristoteles, amicus Cartesius, magis tamen amica est Veritas. Non videndum, a quo quid dictum, sed qua ratione. Non auctoritatibus certandum, sed argumentis.

Quod

Quod posterius tamen velim intelligas de auctoritatibus *pure humanis*; quoquam enim veritas contrariari nequit veritati; certe auctoritatem Verbi divini, & hujus authenticæ interpretis Ecclesiæ Philosophiam quoque Eclecticam revereri fas est, nisi justos illa Scientiæ Eclecticæ limites transilire & Hæretica audire malit.

§. IV. Finis, ad quem omnia Logicæ præcepta dirigenda, & qui ex data superius ejusdem definitione se jam quadantenus prodidit, est *Veritas, tam certa, quam probabilis, non solum invenienda, sed & communicanda cum aliis.* *

* Patet hinc genuinum Disciplinæ nostræ officium: tota nimirum sit in tradendis aut *inveniendæ Veritatis* aut *proponendæ dogmatis*. Quæcunque igitur infelici fato sequioris *Ævi* irrepsere in Logicam, & hunc ad finem nihil conferunt, parvus sunt otiosarum Mentium, temporis fallendi gratia, non usibus humanis nati: nugæ sunt & inutiles tricæ, ad prote-landas de lana caprina disceptationes confictæ: maculæ sunt, quæ faciem pulcherrimæ Scientiæ, serenam cæteroquin ac jucundissimam, horrendum in modum deturpant: lolia sunt, radicitus,
nisi

nisi hujus Disciplinæ fructus omnes suffocatus volumus, extirpanda.

§. V. Subjectum, quod excolendum sibi sumit Logica, est *Intellectus*, cujus perfectio sita est in cognitione Veritatis. Unde & sic videtur illa tradi posse commodissime, si primum inquiratur in vires Intellectus humani: tum vero Veritatis natura generatim & speciatim, cum primis autem varii Certitudinis gradus ac fontes, uti & Probabilitatum diversæ species ac fundamenta expendantur: ac denique de præstantissima utriusque Veritatis, tam certæ quam probabilis, inveniendæ, proponendæque Methodo doceatur.

P A R S I.
DE VIRIBVS INTELLECTVS
HVMANI.

SIVE
DE TRIBVS EIVSDEM OPERA-
TIONIBVS.

In intellectus est Facultas Mentis, quæ percipit, judicat, ratiocinatur. Modis enim præcipue ternis vires suas Intellectus

lectus exserit, percipiendo, judicando, ratiocinando. Atque hinc nata operationum ejus trina divisio in ideas, judicia & ratiocinia, de quibus nunc in ipso Philosophiæ Ratiocinalis limine agendum ex ordine.

CAPVT I.

DE PRIMA MENTIS OPERATIONE SIVE DE IDEA.

Quæ circa primam Mentis operationem, quam perceptionem aliis, aliis ideam compellare libuit, expendenda veniunt, eo potissimum redire videntur, ut idearum natura peruestigetur & genesis: variæ, in quas abeunt, species dignoscantur: virtutes earum secernantur a vitiis: remedia, quæ medeantur nævis, & leges, quæ virtutibus obtinendis inserviant, suppeditentur: demumque de Terminis, idearum signis, congrua tractatio subjungatur.

ARTICVLVS I.

DE IDEARVM NATVRA ET GENESI.

§. I.

Idea est objecti cujusvis genuina imago, quam Mens immediate contemplatur, vel,

vel, ut alii definiunt, rei cujuscunque cognitio, affirmationis & negationis express. *

* Ex. gr. Deum cogitas, solem, circulum; & ecce! intuitus ille Mentis, quo res ipsi quasi præfens sistitur, dicitur Perceptio, & Perceptionis terminus Idea.

§. II. Ideæ non sunt nobis innatæ, sed adquiruntur vel *Sensione*, vel *Conscientia*, vel *Abstractione*. *

* Duobus verbis id contra Cartesium adnotasse sufficiat; fusior enim hujus quæstionis decisio & decisionis demonstratio pertinet ad Pneumatologiam.

§. III. *Sensione* dicuntur adquiri Ideæ, si ope sensuum externorum, quodam quasi traduce, hauriantur: * *Conscientia*, si eliciantur ex sensu intimo & experientia earum rerum, quarum nobis sumus conscii: ** *Abstractione*, si ab Intellectu ipso, cujus est divisa adunare & adunata dividere, vel *omissis* quibusdam rei determinationibus, tum intrinsecis, tum extrinsecis, vel *adjectis novis* effingantur. ***

* Exemplum primæ viæ: Si quis viso triangulo rectilineo, hac in charta plumagine

bagine descripto, hujus ideam animo imprimi, eam adquisiuit per *Sensationem*.

** Exemplum secundæ: Si quis aliquando sentit lætitiã, ex eaque sensuone intima sibi ideam istius adfectus format, eam dicitur adquisiisse per *Conscientiam*.

*** Exemplum tertix: Si quis viso, perceptoque, de quo supra, triangulo rectilineo, omittit determinaciones extrinsecas chartæ, plumbaginis, loci, temporis &c. concipiens præcise figuram, tribus lineis rectis comprehensam, is per *Abstractionem* adquisiuit ideam trianguli rectilinei generatim. Quodsi nunc porro omittit determinaciones etiam intrinsecas linearum *rectarum*, denuo per *Abstractionem* adquisiuit conceptum adhuc generaliore[m] trianguli simpliciter. Si denique novam quandam determinacionem addit, ex. gr. linearum *curvarum*, jam ideam adquisiuit trianguli *curvilinei*, eamque pariter ope *Abstractionis*.

ARTICVLVS II.

DE VARIIS IDEARVM SPECIEBVS.

§. I.

Idearum prima divisio petitur a causa earum efficiente, & repræsentandi modo, unde aliæ *puræ* dicuntur, aliæ *non puræ*.
Puræ

Puræ sunt, quæ nudas rerum essentias vel proprietates exhibent, & *Intellectui* tribuntur: Non puræ, quæ formam rerum sensibilem repræsentant, & referuntur ad *Imaginationem*, a qua & *imagines* adpellari solent. *

* Sic ex. gr. Si Deum concipis ut Ens perfectissimum, vel ut Ens æternum, infinite potens, justum, sapiens &c. hæc idea pura est; sin vero Dei Patris ectypon in mente exculpas, eo fere modo, quo pingi solet, senecionis cujusdam scilicet, proluxa barba, habituque Pontificio venerandi, hæc est idea non pura, seu imago.

§. II. Imaginationis quatuor potissimum officia deprehendimus. Ea enim ideas varias vel componimus, vel discernimus, vel retinemus, vel revocamus. Unde modo *Ingenii*, modo *Judicii*, modo *Reminiscentiæ* vel *Memoriæ* nomine venit, & ejus ideæ jam *Ingenii*, jam *Judicii*, jam *Reminiscentiæ* vel *Memoriæ* partus audiunt.

§. III. *Ingenium* est facultas fingendi varia & componendi, quæ reipsa composita non sunt, nec unquam in sensus incurrerunt. Unde, quæ componit In-

B

nium,

nium, non semper reipsa existunt, sed quos proculdit partus, ut plurimum sunt entia rationis, quæ non existunt, nisi in Mente & cogitatione fingentis. *Judicium* est vis illa subtilis & severa, discernendi verum a falso, rem ab umbra, chimeram ab ipsa re. *Memoria* denique est virtus retinendi: *Reminiscentia* virtus revocandi ideas præteritas. *

* De unaquaque harum Facultatum minime fallacia Philosophi prodidere axiomata. De *Ingenio*: Magna Ingenia habent aliquid admixtum stultitice. De *Judicio*: Quo rectius est hominis judicium, eo magis est ad veritatem inveniendam æque, ac proponendam idoneus. De *Memoria*: Memoria nimis capax raro est cum judicio accurato conjuncta. Similiter, prout tres istæ Facultates diverso gradu in homine mixtæ sunt, ita varias distinxere hominum indoles, & quidem a prædominante Judicio indolem dixere *eruditam*, ab Ingenio *militarem* & *aulicam*, a Memoria *vulgarem*; sicubi vero tres istæ Facultates omnes reperirentur in gradu eminentiore, eam indolem plane *divinam* prædicarunt, vel certe *heroicam*.

§. IV. Altera Idearum partitio desumitur ab objecto, quod repræsentant. Quemadmodum igitur objecta sunt admodum varia, ita quoque species Idearum quamplurimas hæcce divisio dabit expendendas. Ac primo quidem ab objecto suo Ideæ aliæ sunt *Substantiarum*, aliæ *Modorum*, prout nimirum vel substantias repræsentant vel modos.

§. V. *Substantiæ* sunt entia, quæ per se existunt. * *Cogitantes* dicuntur Spiritus, *non cogitantes* Corpora. ** Neutræ cognoscuntur immediate & in se, sed per suos modos, sub quorum quasi involucro latitant, & per suos effectus, quos exferunt, adeo ut, quo plures rei modos, effectusque novimus, eo magis ipsam rei naturam habeamus compertam.

* Quantumvis in subministranda substantiæ idea distincta laborent alii, nunquam tamen accuratiorem dabunt. Cum enim non cognoscatur immediate & in se, profecto, quidquid verborum conglomeretur, nunquam dicetur aliud, quam quod substantiæ nomine indigitemus id, quod est prima radix effectuum, proprietatum & modorum, quorum certam congeriem in qualibet re offendimus.

** Non moramur hic illam quæstionem, an & bruta animantia cogitent, nec ne? Neque enim ejusdem decisio hujus est loci, sed ad alias Philosophiæ partes remittenda.

§. VI. *Modi* sunt adfectiones & attributa substantiarum. Si insunt rebus ipsis, dicuntur *interni*, si sunt in Mente hominis & rebus tamen tribuuntur, *externi*.*

* Sic quando ignis vocatur calidus: calor inest igni tanquam modus *internus*; At ubi pecunia mirifice amari dicitur, amor ille non inest pecuniæ, sed Menti eorum, qui tanto in pecuniam amore feruntur.

§. VII. Porro *Ideæ*, si earundem objecta spectes, aliæ dicuntur *Absolutæ*, aliæ *Relativæ*. *Absolutæ*, quæ absolvuntur intra se, hoc est, quæ non habent necessariam connexionem cum idea quadam diversa: *Relativæ*, quarum una ad alteram ita se refert, ut altera sine altera intelligi nequeat.* Unde notanda regula: De idea relativa nihil seu affirmandum seu negandum absolute, sed expenso rite relationis termino; est enim hic instar mensuræ, ad quam attributa quævis relativa oportet exigere. **

* Sic

* Sic idea Dei, Solis, Circuli *absolutæ* sunt; contra vero idea Creatoris, Regis, Patris &c. *relativæ*.

** Hæc observatio vel ideo magni facienda est, quod tum ad evitandas logomachias, tum etiam ad affectus tristitiæ compescendos plurimum adjumenti adferat. Hinc enim vanæ plerumque sunt disputationes de magnitudine, multitudine, diuturnitate, doctrina, pulchritudine, felicitate &c. nisi de termino relationis satis constet. Sic multi suam plangunt pauperiem, etsi necessariis quibuscunque vivendi subsidiis instructi, idque non alia de causa, nisi quod terminum relationis ponunt homines, ultra suam fortunam opibus affluentes, quibus comparati, sibi videntur egentissimi, sat amplas certe sibi gratulaturi divitias, ubi cum Iro quodam vel Codro se compararent. Quam in rem per apposite SENECA in *Troad. v. 1016. & seqq.*

*Tolle felices, removeto multo
Divites auro, removeto centum
Rura qui scindunt opulenta bubus,
Pauperi surgent animi jacentes.
Est miser nemo, nisi comparatus.*

§. VIII. Uterius Idearum aliæ respectu objecti sui vocantur *Singulares, Universales*

versales aliæ. Singulares, quæ uni: Universalis, quæ pluribus conveniunt.* Hæ variis nominibus adpellantur Genus, Differentia, Species, Proprium, Accidens.

* Sic idea Socratis est *singularis*, eo quod rem unam nobis sistat in individuo; at idea humanitatis est *universalis*, cum de singulis hominum individuis prædicari possit.

§. IX. Genus est idea, partem rei communem exhibens & varias species sub se complectens, vel, si idiomate Porphyriano aliquatenus loqui lubeat, quæ de pluribus specie differentibus prædicatur ut pars essentiæ determinabilis.* Siqua genera non habeant aliud genus supra se, vocari solent *generalissima*; ** si alteri cuidam generi subjecta sint, *subalterna*: quæ rursus, prout magis, minusve late patent, vel *remota* dicuntur vel *proxima*.

* Sic Idea *animalis* est genus respectu hominis & bruti: Idea *figuræ* respectu trianguli & quadrati: Idea *contractus* respectu mutui v. g. & commodati.

** Genera *generalissima* Peripatetici decem numerant, quæ sequuntur: *Substantia*, *Quantitas*, *Qualitas*, *Actio*, *Passio*, *Relatio*,

latio, Duratio, Ubiatio, Situs, Habitus. Cartesiani contra sex adstruunt, quæ huic versiculo includere: *Mens, Mensura, Quies, Motus, Positura, Figura*. Utrique in ea se fundant ratione, quod nihil usquam in rerum natura reperire sit, quod non ad unum ex datis generibus supremis reduci & possit & debeat. Nostro iudicio tamen longè rectius se habet eorum doctrina, qui unam & solam Ideam *Entis*, utpote universalissimam, pro genere generalissimo statuunt & ab hac ad reliquas Entium species continua & immediata divisione procedunt; quas quidem divisionum series prædicamenta seu categorias adpellant.

§. X. *Differentia* est idea, eam partem repræsentans, quæ rei essentiam primario constituit & cæteris a rebus distinguit, vel quæ de pluribus, seu specie seu numero differentibus prædicatur, ut pars essentiæ determinativa. * Quæ genus discernit a genere, dicitur *differentia generica*: quæ speciem a specie, *specificam*: quæ individuum ab individuo, *numericam* vel *individualis*. **

* Sic Idea *rationalis*, five virtus ratiocinandi est differentia respectu hominis: habere tres angulos respectu *trianguli*:

dominium rei fuagibilis transferri in alterum, ea lege, ut res in eodem genere restituatur, respectu *mutui*.

** Sic idea *sensitivi*, quæ discernit animal ab iis, quæ virtute sentiendi carent, est differentia *generica*: Idea *rationalis*, quæ discernit hominem ab omnibus, quæ rationandi virtute destituuntur, est differentia *specifica*: *ratio* denique, quæ discernit individuum Caji ab individuo Mevii, est differentia *numerica*. Sed unde repetatur hæc ratio & in quo consistat, hujus quæstionis discussio propria est Ontologiæ.

§. XI. *Species* est idea, completam sistens rei essentiam, quæ ex genere & differentia coalescit, vel quæ prædicatur de pluribus numero tantum differentibus ut tota essentia. * Si plures in species subdividi possit, *subalterna*: sin minus, *infima* adpellatur. **

* Sic Idea *hominis* est species respectu Caji & Mevii: Idea *trianguli* respectu hujus & istius trianguli: Idea *mutui* respectu hujus & istius mutui.

** Sic rursus Idea *hominis* species *infima* dicitur, eo quod non extent plures homines specie diversi, in quos fieri ulter-

rior

rior divisio posset; at Idea *trianguli* species *subalterna*, cum hujus diversæ species ulteriori divisioni locum faciant, in triangulum puta rectilineum & curvilineum.

§. XII. *Proprium* est idea, proprietatem exprimens, ab essentia necessario profluentem, vel, quæ prædicatur de pluribus, seu specie seu numero differentibus, ut proprietas ab essentia promanans & cum hac necessario connexa. Eandem, quam Differentia, patitur subdivisionem; nam quæ generibus propria sunt, Propria *generica* audiunt; quæ speciebus infimis, Propria *specificica*, quæ & a nonnullis Propria *quarto modo* vocari solent. *

* Sic Idea *dormitivi* est *Proprium* respectu animalis: *Capacitas doctrinæ* respectu hominis: *habere tres angulos, æquales duobus rectis*, respectu trianguli. Ac primum quidem & tertium est *Proprium genericum*, secundum vero *Proprium specificum*. Cæterum ex eo, quod *Proprium* fluat ex ipsa essentia, quacum & necessario connectitur, ortum trahit axioma, notatu dignum & in quavis scientia usu creberrimo veniens; *Qui tollit proprietatem, tollit essentiam*, non quidem

immediate, ceu fit, si partem essentiae sustuleris, sed *per consequentiam* seu legitimum ratiocinium.

§. XIII. *Accidens* est idea, dotem designans, quæ, salva rei essentia, tam adesse potest quam abesse, vel, quæ de subjectis suis prædicatur accidentaliter, hoc est, ita, ut & de illis, salva eorundem essentia, negari queat. Quodsi a subjectis abesse possit reipsa, *separabile*: si mente saltem, *inseparabile* vocare libuit.*

* Sic idea *doctrinæ* est accidens respectu hominis: *color albus* respectu cygni, & *niger* respectu corvi. Prius quidem *separabile* esse patet: duo posteriora vero *inseparabilia* sunt; etsi enim albedo a cygno & nigredo a corvo abesse reipsa nequeat, qualitates tamen istæ de suis subjectis negari possunt, salva eorum essentia.

§. XIV. Quinque igitur sunt, de quibus hucusque egimus, idearum universalium species, quas antequam missas faciamus, duo in singulis adhuc notanda sedulo, *comprehensio* earum scilicet atque *extensio*. Et comprehensio quidem est complexio idearum istarum simpliciorum,

in

in quas idea universalis resolvi potest; respectus autem ad res omnes, quas repræsentat & de quibus eam prædicare possumus, dicitur ejusdem extensio. *

* Ita si ideam *trianguli* evolveris, videbis in ea contineri ideam figuræ, ideam linearum, ideam trium angulorum, sine quibus triangulum nec esse nec concipi potest: jam idearum istarum simpliciorum congeries est *comprehensio* hujus ideæ universalis; at triangula omnia, tum existentia, tum possibilis, de quibus hanc ideam prædicare possumus, sunt ejusdem *extensio*. Usus hæc doctrina potissimum exserit in dijudicanda propositionum veritate aut falsitate; harum enim quamplurimæ veræ sunt, ubi eas de idearum, terminorumve *comprehensione* intelligis, quæ tamen falsissimæ erunt, si de *extensione* easdem interpreteris, aut vice versa.

§. XV. Ideæ denique, ut divisionem earum ulteriorem, ab objecto petitam, exequamur, aliæ sunt *simplices*, aliæ *complexæ*, aliæ *compositæ*. Simples duorum sunt generum, prout nimirum vel *complexis* opponuntur vel *compositis*. *Simplices* igitur, quatenus opponuntur *complexis*,

plexis, sunt, quæ repræsentant rem sine attributo, *complexæ*, quæ rem una cum attributo quodam exhibent. * *Simplices* contra, quatenus opponuntur *compositis*, vocantur illæ, quæ in alias ideas simpliciores resolvi nequeunt, *compositæ*, quæ resolvi possunt in alias simpliciores. **

* Sic idea *Dei* est idea *simplex primi generis*: idea *Dei iusti complexa*.

** Sic omnes fere perceptiones colorum, sonorum, odorum &c. sunt idæ *simplices secundi generis*, eo quod nihil in his mente dividere possumus; idea vero adamantis ex. gr. est idea *composita*, cum in hac separare varia & seorsim considerare liceat, figuram puta, magnitudinem, gravitatem, duritiam, splendorem &c.

§. XVI. Cæterum divisionem idearum in *veras & falsas*, quam nonnulli adstruunt & conquisitis etiam argumentis quamplurimis tueri conantur, nos propterea, quod alterum divisionis membrum, idea nimirum falsa, deficiat, non omittendam modo, sed & solenni ritu rejiciendam putamus. Cum enim idea per essentiam suam sit repræsentatio sui objecti: repræsentatio

sentatio
te: idæ
cem, si
mus, p
fa. Et
græm &
parere qu
idea rei ch
rice cum
dicimus.

* Quo
conf
quod
laten
ca, v
nihil
laten
igitur
impo
spatium
ros, v
militi
& quæ
quam v
complex
itudine
& quæ
vel. li m
... A

sentatio vero nulla fit absque conformitate: ideam profecto nullam, sive simplicem, sive complexam, dari posse tenemus, quæ sit objecto suo difformis & falsa. Et certe, si detur idea ulla, quæ ad speciem & primo intuitu falsa incautis apparere queat, ea maxime, si daretur, esset *idea rei chimericæ*; ideam vero rei chimericæ cum ipsa chimera perinde repugnare dicimus. *

* Quod enim est merum nihil, vel, ut consueta adversantium phrasi utamur, quod non habet rationem veri, id nullatenus potest cognosci: at res chimerica, v. gr. *circulus quadratus*, est merum nihil, vel non habet rationem veri: nullatenus ergo potest cognosci. Quisquis igitur in novum veluti mundum entium impossibilium mente & cogitatione exspatiaris, fingendo tibi circulos quadratos, vulpanferes, hircocervos, circulum, mihi crede, repræsentas per ideam unam & quadratum per ideam alteram, neutiquam vero (quod ad ideam chimeræ complexam necesse foret) neutiquam habitudinem convenientiæ circulum inter & quadratum, ut quæ merum est nihil, vel, si mavis, non habet rationem veri. . . . Adde, quod portento simile, dari cogni-

cognitionem sine objecto: sicut igitur res chimerica prorsus est nihil, ita nec extra nihilum sunt, quæ adstruuntur, rerum chimericarum cognitiones, vel siquid sunt in dissentientium cerebro, ultro eas donamus illis, qui monstris ingenii delectantur. Nobis expeditum est, non-entis nullam esse proprietatem, proinde & nullam cognitionem. Conf. *Logic. Controv. Corollar. 1.*

ARTICVLVS III. DE VIRTVTIBVS IDEARVM ET VITIIS.

§. I.

Virtutes idearum &, quæ his opponuntur, vitia ad quatuor potissimum classes revocamus. Vel enim ideæ sunt *claræ* vel *obscuræ*: claræ vel *distinctæ* vel *confusæ*: distinctæ vel *completæ* vel *incompletæ*: completæ vel *adæquatæ* vel *inadæquatæ*.

§. II. *Claræ* dicuntur ideæ, quarum ope res, quotiescunque occurrerint, agnoscere facile, discernique possunt ab aliis; quæ secus comparatæ sunt, adpellantur *obscuræ*. *

* Ita Solis v. gr. & Lunæ *ideas claras* unumquemque etiam de trivio habere patet,
Jovis

Jovis autem, Veneris, Martis & Mercurii non item; has enim stellas non semper dignoscet plebejus, sed facile cum stellis fixis quandoque confundet. Varii autem sunt obscuritatis origines, variis gradus, de quibus hoc loco dicendum.

§. III. Ideæ claræ præterea vocantur *distinctæ*, si res non solum agnosci statim, discernique possint ab aliis, verum etiam notæ characteristicæ, quarum ope discernantur, in numerato sint; quod posterius ubi secus est, dicuntur *confusæ*. *

* Sic idea trianguli, quod *linearum & angulorum* numero sese ab aliis figuris luculenter distinguit, & *clara* simul est & *distincta*; at idea coloris rubri, etsi clara sit, cum abunde discernatur a nigro & colore quocunque alio, *confusa* tamen est propterea, quod notæ, per quas discernatur, deficient. Atque inde est, quod idea distincta solis verbis communicari cum alio possit, confusa autem non aliter, nisi res sistatur præsens; quibus enim efficiens verbis, ut cæcus natus habeat ideam coloris rubri?

§. IV. Ideæ distinctæ porro dici solent *completæ*, si contineant notas *omnes*, quæ requi-

requiruntur ad rem constanter agnoscentiam & ab aliis *omnibus* distinguendam; si vero notas non *omnes*, sed tantum *aliquas* complectantur, quæ non sufficiunt ad rem distinguendam ab *omnibus*, sed tantum ab *aliquibus*, tum saltem nuncupantur *incompletæ*. *

* Ita qui circulum cogitat esse *figuram*, cuius *peripheria distat ubique æqualiter a centro*, ideam circuli *completam* habet; at qui eundem diceret *figuram*, *lineæ curvæ inclusam*, non sane daret, nisi ideam *incompletam*, cum circulus per hanc non satis distingueretur a figura ovali.

§. V. *Completæ* tandem ad supremum scientiæ humanæ fastigium eluctantur & *adæquatæ* audiunt, si non modo rei notas omnes in numerato habeam, sed & *earundem notarum notas*; quod ultimum ubi aliter se habet, *completæ* quidem sunt, sed *inadæquatæ*. *

* Si quis ex. gr. non modo noverit, virtutem esse habitum determinandi actiones humanas ad legem Naturæ, verum etiam de *habitu*, de *actione humana*, de *lege Naturæ* notiones distinctas vel claras habeat idea ejus *adæquata* est; si priorem notionem habeat sine posterioribus, *completa*

pleta quidem est, sed *inadequata*. Neque vero necesse semper erit, ut analysis continuetur usque eo, dum ad ideas simplicissimas ac irresolubiles ventum fuerit, sed ibi omnino licebit subsistere, ubi scopo nostro potiti sumus.

ARTICVLVS IV.

DE MEDIIS EMENDANDI ET PERFICIENDI IDEAS: VBI DE DEFINITIONE AC DIVISIONE.

§. I.

Duas antiquissimi iamtum Philosophi prodidere vias, & vitia idearum emendandi & perveniendi ad earundem virtutes, quarum altera quidem *Definitio* dicitur, *Divisio* altera. Quodsi enim accuratam rei *definitionem* adeptus fueris, ideam ejus rei habebis non modo *claram*, sed *distinctam* etiam & *completam*: quodsi deinde ideas ejusdem rei partiales *divisione* legitima evolveris, & harum denuo justas inveneris definitiones, ideam insuper habebis *adæquatam*. Itaque rectus ordo postulat, ut de geminis hisce idearum perficiendarum mediis, & vel ideo Scientiarum omnium inevitabilibus administris agamus hic paulo liberalius.

C

§. II.

§. II. Initium a *Definitione* ducimus. Hæc est oratio explicans naturam rei, vel ut aliis placet, oratio rem ita determinans, ut ab aliis omnibus semper distingui possit. Differt a *Descriptione*, quod hæc sub certis tantum circumstantiis, illa semper & ubique rei conveniât. *

* Ex. gr. Qui dicit, horologium esse machinam argenteam, ex catenula in suo musæo pendentem sub speculo, levique strepitu semet prodentem, illud tantum *describit*; qui vero idem dicit esse machinam ad horas vel sono vel stilo indicandas comparatam, illud exacte *definit*. Quod enim ex catena sub speculo pendeat, quod argenteum sit ac strepitum edat, non nisi *aliquando*: quod ad horas vel nuntiandas vel indicandas comparatum sit, *semper* ei convenit, quamdiu manet horologium.

§. III. Definitio autem alia *nominalis* est, *realis* alia. *Nominalis* dicitur, quæ ostendit solum notam quandam characteristicam, cujus ope res definita discernatur ab aliis; quæ vero modum docet, quo res illa oriatur aut fieri possit, vocatur *realis*. *

* Ex:

* Ex. gr. Qui circulum dicit figuram, cujus peripheria distat ubique æqualiter a centro, definitionem circuli *nominalem* dedit; at qui eundem dicit figuram, quæ pede circini altero fixo, altero in gyrum acto describitur, dedit definitionem *realem*. Harum porro quam plurimæ & optimæ, ex. gr. corporis humani & singularum membrorum peti possunt ab Anatomicis, mineralium & liquorum a Chymicis, artefactorum a Mechanicis.

§. IV. Ulterius definitio alia *positiva* dicitur seu *per viam attributionis*, alia *negativa* seu *per viam remotionis*. Illa declarat, quid sit res, hæc, quid non sit. Unde etiam posterior ista nec laudem meretur nec usum, nisi dum ex duobus membris dividendis positive alterum, alterum negative definis. *

* Hinc non male Jurisconsulti, postquam res diviserunt in corporales & incorporeales, illas definiunt positive, quæ tangi possunt, has contra negative, quæ tangi non possunt.

§. V. Quandoquidem vero definitiones rerum condere aut ab aliis conditas cæca fide adoptare, periculosæ plenum opus alexæ sit, leges damus, ad quas defi-

nitio quæcunque, five a nobis adinventæ, five ab aliis tradita, veluti ad lapidem quendam lydium periclitanda. *Lex prima* est, ut fiat per genus rei proximum & differentiam ultimam. * *Altera*, ut nec latior sit nec angustior suo definito, sed cum illo reciprocetur. ** *Tertia*, ut constet verbis propriis, perspicuis, aut certe jam antea explicatis. ***

* Cum autem paucissimis in rebus primaria differentia liqueat, ideo acquiescendum sæpe, ubi principales rei dotes ac proprietates in medium adduximus.

** Ita qui circulum definiret *figuram lineæ curvæ inclusam*, luculenter impingeret contra hanc legem; neque enim reciprocando dici potest, omnem figuram lineæ curvæ inclusam esse circulum, cum & figuram ovalem, aliasque plurimas hæc definitio complectatur.

*** Sic obligatio definiri nequit per *vinculum juris*, quo quis adstringitur ad faciendum aliquid vel omittendum, nisi mox significatus *vinculi* data opera explicetur, eo quod hic terminus significationem propriam minime sustineat. Nec Intellectus recte definitur per *lumen Mentis* aut Ratio per *catenam veritatum*, nisi simul

simul fuerit explicatum, quid hoc loco
veniat nomine *luminis*, quid nomine
catenæ?

§. VI. Porro modis potissimum ge-
minis definitiones adinveniri possunt; aut
enim *experiundo* eas reperimus aut per *ab-*
stractionem. *Experiundo*, siensione le-
gitima, iustaque attentione exploremus,
quid res commune cum aliis habeat, quid
sibi soli proprium: per *abstractionem*, si
vel circumstantias quasdam *omittimus*, vel
easdem *mutamus* vel novas *adjicimus*. *

* Ex. gr. Dum video montem, facile de-
prehendo, quod si *pars terræ extantior*,
ex particulis heterogeneis conflata, & sic
definitionem montis heterogenei inveni
experiundo; quod si vero mutem circum-
stantiam & mihi concipiam partem ter-
ræ extantior, ex meris particulis *au-*
reis compositam, inveni definitionem
montis aurei per *abstractionem*.

§. VII. Ex geminis istis definitiones
inveniendi modis geminæ fluunt observa-
tiones. Quoties enim definitio reperta
est *experiundo*, toties existentia rei defi-
nitæ negari nequit; unde hujus generis
definitio fundamentum est demonstratio-

nis firmissimæ ac directæ. * Quodsi autem inventa fuit per abstractionem, demonstrandum est rem definitam existere, quia & entia rationis hoc modo definirî possunt; quare hujuscemodi definitio tale fundamentum non præbet. **

* Hinc ex. gr. existentia montis heterogenei est certissima, quia hujus definitio est inventa experiundo; at existentia montis aurei non item; hic enim, cum definitio ejus reperta sit per abstractionem, forte non existit, nisi in cerebro definientis.

** Exinde conjici volumus, minime nos alium sentire de demonstratione existentia Dei, a definitione Entis perfectissimi perita. Quoties enim hanc definitionem opponis Atheo, ex. gr.

Ens perfectissimum necessario existit:

Atqui Deus est ens perfectissimum:

Ergo Deus necessario existit;

toties regerit, esse illam fortassis definitionem entis cujusdam rationis, mera abstractione inventam, adeo ut totum Lullisticæ demonstrationis fundamentum corruat, ac demonstratio Dei, quæ, ut loquimur, a posteriori ducitur, una triumphet.

§. VIII. Alterum ad ideas quasque perfectissimas perveniendi medium *Divisionem* supra diximus. Hæc est ideæ universalis in plures particulares solutio. Differt a *Distinctione*, quæ non rem in suas partes dividit, sed tantum vocabuli diversas significationes discernit. *

* Sic quando juris vocabulo jam complexus legum designari dicitur, jam facultas moralis aliquid agendi, jam locus, ubi jus redditur, jam ipsa Judicis sententia, hæc *distinctio* vocari solet, vel etiam homonymia; sin autem jus aliud divinum esse docetur, aliud humanum: hoc rursus vel publicam vel privatum: utrumque denuo vel scriptum vel non scriptum, vera hæc est *divisio*.

§. IX. Divisio autem non unius est generis, sed admodum varia. Nam 1.) *Totum* dividitur in suas partes. 2.) *Genus* in suas *species* vel *differentias*. 3.) *Subjectum* per sua *accidentia*. 4.) *Accidens* per sua *subjecta*. 5.) *Causa* per suos *effectus*. 6.) *Effectus* per suas *causas*. 7.) *Qualitas* per sua *objecta*. *

* Exemplum primæ: Corpus humanum dividitur ab Anatomicis in tres cavitates, *supremam, mediam & infimam*.

Secundæ: Contractus est vel *realis* vel *consensualis* &c. Animal est vel *homo* vel *brutum*. Tertiæ: Homines sunt vel *albi* vel *nigri*. Quartæ: Bonum est vel *corporis* vel *animi*. Quintæ: Lex alia *præcipit*, alia *prohibet*. Sextæ: Lex vel est *divina* vel *humana*. Septimæ: Amor est vel *Dei* vel *sui ipsius* vel *proximi*.

§. X. Cæterum Divisiones non minus ac Definitiones vitiis non paucis sunt obnoxia. Unde, ne impingamus, legibus iterum opus est, quæ tum in divisionibus propria arte & marte adornandis, tum etiam in alienis dijudicandis nos dirigant. Lex igitur prima esto: ut membra divisionis adæquent sive exhauriant divisum. Secunda: ut membra sint opposita, nec unum in altero contineatur. Tertia: ut fiat divisio in membra immediata & quidem tot, quot ipsa natura suppeditat. * Quare non de nihilo exulare jubemus Ramistarum vanam de dichotomiis regulam,

* Contra primam legem impingit divisio: Angulus est vel *rectus* vel *acutus*; cum enim species quædam anguli sit neglecta, angulus videlicet *obtusus*, hinc est, quod

quod membra hujus divisionis divisum non exhauriant. Contra secundam: Jus aliud est *naturale*, aliud *divinum*, aliud *humanum*; neque enim jus divinum & naturale sibi opponuntur, sed divinum potius complectitur naturale, ut genus speciem. Contra tertiam: Substantia alia est *spiritus*, alia *lapis*, alia *brutum*, alia *homo*; facta enim est hæc divisio per saltum, atque ut immediata sit, hoc fere modo instruenda: Substantia alia est *spiritus*, alia *Corpus*: Corpus aliud *animatum*, aliud *inanimatum*, animatum aliud *sensitivum*, aliud *insensitivum*, sensitivum aliud *rationale*, ut homo, aliud *irrationale*, ut brutum, irrationale aliud *binnibile*, ut equus, aliud *rugibile*, ut leo &c.

§. XI. Ex his patet, analyfin non raro per multos veluti gradus continuandam esse. quod fit per usitatissimas ut vocant, sub-divisiones. In his eadem, quæ in divisionibus, observentur præcepta. Præprimis autem caveatur, ne præter necessitatem nimium multiplicentur. *

* Hujus moniti nostri rationem suggerit SENECA *Epist. 89.* ubi *dividi illam*, inquit, *non concidi, utile est.* Nam *comprehendere, quemadmodum maxima, ita*

minima difficile est. Quidquid in majus crevit, facilius agnoscitur, si discessit in partes: quas, ut dixi innumerabiles esse & parvas non oportet. Idem enim vitia habet nimia quod nulla divisio.

ARTICVLVS V.

DE TERMINIS, IDEARVM SIGNIS.

§. I.

Cum ad societatem & mutua commercia Mortales nati simus: Societas autem subsistere nequeat sine reciproca cogitationum & idearum nostrarum communicatione: cogitationes vero & ideæ nostræ non innotescant aliis immediate ac per se: ideo signis quibusdam opus est, quibus exprimantur illæ & communicentur cum aliis. Signa porro, quæ nobis hunc in finem concessit provida Natura, sunt soni illi articulati, sive certis quasi articulis distincti, qui *voces* vulgo & Philosophis *termini* adpellantur, de quibus nunc agendum erit & quidem haud perfunctorie.

§. II. Terminus itaque generatim spectatus est vocabulum quodvis, ex hominum

minum instituto rem quandam & ejusdem rei ideam significans. *

* Ex. gr. Si ex me quærenti, quid cogitem, respondeo, me cogitare de Sole, *Solis* vocabulum dicitur *terminus*, cujus ope & rem significo, de qua cogito, & simul ideam, quam mente verso. Cæterum hic modus loquendi, quo voces *terminos* vocare solemus, est metaphoricus, a limitibus agrorum scilicet, qui termini audiunt, translatus. Sicut enim limites agros, ita voces terminant ac utrinque claudunt propositiones, ut videre est in propositione: *Deus est justus*, quæ voce *Deus* & voce *justus* hinc inde clauditur.

§. III. Terminorum divisiones parum abest, quin prope innumerabiles dixerimus. Quamobrem non nisi celebriores, tractandisque Scientiis magis familiares ac necessarias proferre juvat in medium. Et omnium quidem prima fit divisio termini in *concretum* & *abstractum*. *Concretus* est, qui significat simul subjectum sive rem, & formam sive dotem aut proprietatem, quam habet subjectum, ita plane, ut hujus termini significatio concreseat quasi aut coalescat ex duobus, sub-

jecto

jecto nimirum & forma. *Abstractus* contra dicitur, qui formam solam sine rei ipsius mentione exprimit, & hinc formam significat velut abstractam vel avulsam a substantia, cui inest. *

* Advertendum, in resolutione concreti subjectum *regulariter* venire in *recto* & formam in *obliquo*; quare si concreta: *facundus, dives, inops, &c.* resolvere volueris, dices: *quidam pollens facundia, valens opibus, laborans inopia &c.* Cum vero in æstimanda propositionum veritate aut falsitate ad *solos rectos* respiciendum esse constet, utrum scilicet hi inter se conveniant nec ne, hæc animadversio non potest non reputari utilissima. Sic ex. gr. vera est hæc propositio: *Episcopi per Germaniam gaudent jure gladii*, etsi dignitas Episcopalis & potestas gladii nec identica sint, nec una sit causa alterius; & cur vero? quia nempe resolutio sic facienda, ut persona Episcopi veniat in *recto* & dignitas Episcopalis in *obliquo*, ex. gr. *qui per Germaniam dignitate Episcopali fulgent, gaudent jure gladii*. Dixi vero *regulariter*; contrarium enim quandoque exigit veritas propositionis, cui tunc omnino velificandum. Exempla maxime præbent propositiones, circa SS. Trinitatem forma-

ri

ri solitæ, ut: *Deus est unus, Deus est trinus*; prior enim sic resolvenda: *Natura divina, tribus personalitatibus terminata, est una*; posterior autem hoc modo: *Personæ terminantes naturam divinam sunt tres*. Et quænam ratio tam diversæ expositionis? Non alia, quam quod eandem exigat veritas harum propositionum.

§. IV. Secundo terminus divisione non inutili dividitur in *absolutum* & *relativum*. *Absolutus* est, cujus expositionem non ingrediuntur nisi mera constitutiva intrinseca: *relativus*, cujus significatio evolvi nequit sine mentione connotati cujusdam extrinseci. *

- * Sic Deus, homo, lapis, &c. sunt termini *absoluti*, eo quod in eorum expositione nihil extrinsecus & oblique connotatum reperies; at creator, pater, dominus, major, minor &c. sunt termini *relativi*; neque enim significatio creatoris evolvi potest sine mentione creaturarum, nec significatio patris sine mentione filii &c. Unde observandum 1.) in termino quovis relativo occurrere tria, scilicet unum aliquid quod *respicit*, & unum aliquid, quod *respicitur*: tum vero *ratio, propter quam* hoc respi-

respicit, illud respicitur seu connotatur. Primum Philosophis dicitur *fundamentum*, alterum *terminus*, tertium *ratio fundandi*, hoc est, quæ fundat illum ordinem vel respectum. Observandum 2.) eandem hic intrare regulam, quam supra de ideis relativis jam animadvertimus.

§. V. Tertio neglectui minime habendam putamus divisionem termini in *univocum* & *equivocum*, quocum non immerito *analogus* confunditur. *Univocus* est, qui tribuitur pluribus in eadem significatione: * *equivocus*, qui in significatione diversa. ** Prior etiam alio nomine vocari solet *synonymus*, *homonymus* contra posterior.

* Sic *animal* est terminus *univocus* respectu hominis & bruti: *homo* respectu *Caji* & *Mevii*. Vox enim *animal* sive prædicatur de homine sive de bruto: itemque vox *homo* sive affirmetur de *Cajo* sive de *Mevio*, unam semper, eandemque significationem sustinet.

** Sic *aries* est terminus *equivocus* respectu sideris, bruti & machinæ bellicæ sic dictæ: *sanus* respectu aëris, coloris & animalis; ubi enim vox *sanus* dicitur de
aëre,

aëre, denotat *causam sanitatis*: ubi de colore, *indicium sanitatis*: ubi de animali, *proprium subjectum sanitatis*; en significationes diversas. Cum igitur æquivocatio, seu homonymia termini diversas in diversis ideas excitare soleat: is autem, qui loquentis mentem assequi cupit, terminis eandem, quam loquens jungit, ideam jungere teneatur, sequitur, audientem studiose inquirere oportere, quemnam loquens voci ambiguae tribuat significatum; ut adeo palam sit, tum ad fallacias argumentationum detegendas, tum ad evitandas logomachias hanc divisionem insignis esse utilitatis.

§. VI. Quarto divisio termini in *universalem & singularem* digna est, cui inter reliquas locum demus. *Universalis* est, qui dici potest de multis, & quidem univoce ac divisim: *singularis*, qui dici nequit nisi de uno solo. *

* Cum enim in Scientiis recte versari nemo possit, qui discernere propositionum quantitates ignorat: quantitates verò *propositionum* metiri soleamus a quantitate *subjectorum*; satis patet, hanc divisionem prætermittere nefas fore.

§. VII.

§. VII. Porro autem terminus universalis easdem adpellationes recipit, quas de idea universali jam supra enumeravimus, & modo *Generis*, modo *Differentiæ*, modo *Speciei*, modo *Proprii*, modo *Accidentis* nomine efferri solet. Singulorum definitionibus condendis hic superferendum ducimus, ne alibi acta agamus denuo, cum præsertim ex Articuli 2di §. 9no ad usque 14tum facillimo negotio, unica scilicet voce transmutata, peti possint. *

* Sed & horum terminorum notiones minime otiosas esse ex eo adparet, quod Scientia plane nulla seu scribendo seu interpretando tractari sine horum vocabulorum subsidio queat. Ubi enim pertractatur Scientia, quin *genus* creberime dividatur in suas *species*? quin *species* per *genus* & *differentiam* suam definiantur? quin *essentialia* separentur a *naturalibus* sive *propriis*, & hæc rursus ab *accidentalibus* distinguantur?

§. VIII. Ulterior termini universalis non spernenda sub-divisio est, quod aliquando *definite* ponitur, aliquando *indefinite*. Illud fieri dicitur, ubi signum aliquod sibi præfixum habet; hoc, ubi nullo

De
nullo affe
signa f
vel jing
modis
posse *

* Subdiv
menda
minus
afficit
equat
plecti
ex. g
non
da:
lari,
g
tem
india
magis
afficit
suam
termin
termina
hic Re
men Re
vero ind
torem
nunciat
bus: H
stamen

nullo affectus est signo. Cum autem signa sint vel *universalia* vel *particularia* vel *singularia*, sequitur, tribus etiam modis terminum universalem definiri posse. *

- * Subdivisionem istam sequentes commendant regulæ. Prima: *Quoties terminus universalis signo quoque universali afficitur, secundum extensionem suam adæquatam ponitur, & omnia, quæ complectitur, inferiora determinate significat*, ex. gr. *Rex omnis est propter regnum, non regnum propter Regem.* Secunda: *Quoties idem afficitur signo particulari, restringitur ejus extensio, & eorum, quibus cæteroquin tribuitur, non nisi partem aliquam, eamque indeterminatam indicat*; ex. gr. *quidam Reges reguntur magis quam regant.* Tertia: *Quoties afficitur signo singulari, universalitatem suam amittit penitus & induit naturam termini singularis, qui rem unam ac determinatam denotat in individuo*, ex. gr. *hic Rex dotes Regias pluris quam nomen Regium facit.* Quarta: *Quoties vero indefinite ponitur, in materiis Scientiarum & Legum æquivalet universali universaliter posito*; Sic in propositionibus: *Homicida plectendus capite, Testamentum sine solennitatibus est nullum,*

lum, Contractus requirit intellectum & voluntatem &c. perinde est, ac si subiecta afficerentur signo universalis.

§. IX. Quinto meretur tangi divisio termini in *distributivum* & *collectivum*. Ambo in eo conveniunt, quod multitudinem quandam rerum significant; in hoc vero in partes eunt, quod *prior* singulis multitudinis illius membris separatim attribui possit, *posterior* non item, quippe qui non nisi de tota collectione, sive de membris omnibus simul sumtis dici potest. *

* Sic *animal* v. gr. est terminus *distributivus*, quia multitudinem animalium sic exprimit, ut de singulis seorsim prædicari queat. At vero *exercitus*, *civitas*, *populus* &c. sunt termini *collectivi*, quia de singulis multitudinum suarum membris affirmari nequeunt.

§. X. De termino distributivo sciendum porro, quod modo *pro singulis generum* poni soleat, modo *pro generibus singulorum*. Primum fit, ubi omnia & singula individua, nullo prorsus excepto, denotat; alterum, ubi ex singulis

gulis generibus aut speciebus unum saltem, alterumve individuum designat.*

* Usus hujus divisionis, vel silentibus nobis, manifestus est in plurimarum propositionum hermenia. Sic propositio Pauli: *Deus vult omnes homines salvos fieri*, vera est, etsi terminum distributivum; *omnes homines, de singulis generum*, interpretaris; at propositioni narrantis Scripturæ: *omne animal fuit in arca Noë*, non aliter constabit veritas, quam si de *generibus singulorum* fuerit exaudita.

§. XI. Sexto inanis non est divisio termini in *simplicem & complexum*. *Simplex* est, qui una tantum voce: *complexus*, qui pluribus constat vocibus, ad unam tamen, eandemque rem pertinentibus.*

* Sic *spiritus, homo, lapis &c.* sunt termini *simplices*; at *Plinius major, Alexander Philippi filius, Darius Persarum Rex &c.* sunt termini *complexi*. De his notandum, propositiones, quæ nascuntur ex terminis complexis, vocari *incidentes*, quarum notio, ubi de Propositionibus agemus, nobis erit usui.

§. XII. Septimo denique famosa est & usitatissima divisio in terminum *reduplicative* & *specificative* sumtum. *Reduplicative* sumi dicitur, ubi mediante particula qua, quatenus, similive alia repetitur sive duplicatur: *specificative*, ubi ejusdem generis particula mediante ad certam aliquam speciem determinatur.*

* Sic in hac propositione: *Imperator, qua Imperator*, est summum Imperii caput, subjectum sumitur *reduplicative*; contra vero in ista: *Imperator, quatenus est Rex Bohemæ*, est Sac. Roman. Imperii Elector, idem subjectum sumitur *specificative*. Usus hujus divisionis frequentissimus est; propositiones enim quamplurimæ, quæ de subjecto *reduplicative* sumpto sunt veræ, de eodem *specificative* sumpto sunt falsæ, & vice versa. Interim aliter omnino hos terminos explicant, usurpantque Scholastici; sed quænam explicatio alteri præferenda, tum ex terminorum ipsorum etymologia, tum ex eorundem usu æstimandum cuique relinquimus.

§. XIII. Tantum de terminis seorsim & secundum se spectatis. De comparatis autem inter se divisiones adhuc nonnullæ

nullæ restant, quæ pariter haud quaquam inter otiosas referendæ, sed in Locis dialecticis, ac ducendis inde argumentis usum præstant minimè contemnendum. Has igitur ut etiam evolvamus ex ordine, terminos in mutua sui relatione ad invicem alios *pertinentes* dicimus, alios *impertinentes*, & illos porra aut *pertinentes sequela* aut *pertinentes repugnantia*.

§. XIV. *Impertinentes* sunt, qui neque se invicem inferunt, neque excludunt. * *Pertinentes*, qui vel se inferunt mutuo, & vocantur *pertinentes sequela*, vel qui se mutuo excludunt, & *pertinentes repugnantia* adpellantur.

* Sic *dives* v. g. & *sapiens* sunt termini *impertinentes*; neque enim ex eo, quod quis *dives* sit, continuo sequitur, eundem & *sapientem* esse, sed neque sequitur non esse, ut adeo recte hujus generis termini nullam dicantur invicem habere *pertinentiam*, hoc est, alterum ad alterum nullam fundare *illationem*.

§. XV. *Pertinentes sequela* in tres classes abeunt. Alii quippe *synonymi* vocantur vel *identici*, qui sunt ejusdem prorsus

fus significationis: alii *convertibiles*, qui de se invicem recipiuntur: alii *magis & minus communes*, quorum unus quidem de altero universaliter prædicari potest, sed non reciproce. Qui ex his *pluribus* convenit, magis communis dicitur, qui *paucioribus*, minus communis. *

* Sic recte inferimus 1.) est *ensis*, ergo & *gladius*: est *gladius*, ergo & *ensis*. Item: est *presbyter*, ergo & *sacerdos*: est *sacerdos*, ergo & *presbyter*; eo quod hi termini sint *synonymi*. 2.) Est *homo*, ergo & *rationalis*: est *rationalis*, ergo & *homo*, ergo & *animal*: est *animal*, ergo & vel *homo* vel *brutum*. Sed hinc jam porro velim colligas, terminos & synonymos & convertibiles se mutuo inferre *uniformiter*, id est, alterum mutuo inferre alterum *determinate*; contra vero terminos magis & minus communes se quoque inferre quidem mutuo, at *difformiter*, hoc est, ita, ut minus communis inferat magis communem *determinate*, hic vero minus communem *indeterminate* & *alternative*.

§. XVI. Pertinentes repugnantia quatuor sunt generum, & alii *contrarii*, alii *relativi*, *privativi* alii, alii *contradictorii*

vii comp
significan
xime un
subjecto
ficant an
idem ob
nequeam
significat
privative
quorum
seu affirm

* De hi
tari li
frigid
calid
filii
pater
obscu
claru
fit no
ergo.

§. XV
quis de ter
tam abrum
tius non fi
silento pra
puraverit,

rii compellantur. *Contrarii* sunt, qui significant formas, sub eodem genere maxime distantes, seque invicem ex eodem subjecto expellentes. *Relativi*, qui significant duo correlativa, quæ pariter in idem subjectum eodem respectu quadrare nequeunt. *Privativi*, quorum unus significat formam, alter ejusdem formæ privationem. *Contradictorii* denique, quorum unus negat, quod alter ponit seu affirmat. *

* De his igitur in hunc modum argumentari licet: 1.) Est *calidum*, ergo non *frigidum*, vel: est *frigidum*, ergo non *calidum*. 2.) Est *pater Caji*, ergo non *filius Caji*, vel: est *filius Caji*, ergo non *pater Caji*. 3.) Est *clarum*, ergo non *obscurum*, vel: est *obscurum*, ergo non *clarum*. 4.) Est *ens*, falsum ergo, quod sit *non ens*, vel: est *non ens*, falsum ergo, quod sit *ens*.

§. XVII. Atque hic divisionum, quas de terminis exequi visum fuit, telam abrumpimus; quod si quis justo citius non sine divisionum nonnullarum, silentio prætermittarum, injuria factum putaverit, veniam dabit, ubi partem

D 4

carum

earum ad alias Philosophiæ partes pertinere, partem usu omni destitui meminerrit, ut adeo illæ contra aliarum Scientiarum jura quæsita huc trahi non debuerint, hæ vero salvo, quem in præfatione descripsimus, Logicæ nostræ caractere, civitate apud nos donari non potuerint, sed ex lege, quam nobis ipsi diximus, non quidem tanquam nobis peregrinæ aut incognitæ, sed tanquam minus utiles ac necessariæ fuerint excludendæ.

CAPVT II.

DE SECUNDA MENTIS OPERATIONE SIVE DE JUDICIO.

Judicii, quo nomine alteram Intellectus nostri operationem donarunt Philosophi, ambitum, qua patet, uniuersum nobis perlustraturis, eum denuo ordinem seruare placet, ut cum primis ejus constitutionem una cum Propositione, ejus interprete, ac divisionibus utriusque generalioribus quasi in limine expendamus: tum vero ad varias subeamus propositionum compositarum species, harumque singularum veritatis dijudicandæ

judicandæ regulas: ad methodica deinde quarumcunque propositionum cognomenta & officia declinemus: actandem examinandis diversis propositionum sensibus, oppositionibus, æquipollentiis, & conversionibus, distinctis semper passibus & locis, pro instituti nostri ratione insistamus.

ARTICVLVS I.

DE IVDICII ET PROPOSITIONIS CONSTITVTIONE, NEC NON DIVISIONIBVS VTRIVSQVE GENERALIBVS.

§. I.

Judicium est actus Mentis, ferentis sententiam de habitudine idearum: * quas ubi Mens conjungit, iudicium *affirmativum* dicitur, sin divellit, *negativum*.

** Utrumque si verbis exprimitur, vocatur *Propositio*, quæ est internuntia iudicii mentalis.

* Ex. gr. Obversantur nobis ideæ duæ: quo casu Mens has ideas inter se comparat, & comparando videt, affirmatque vel convenientiam inter utramque vel disconvenientiam: si primum, judi-

cium *affirmativum* ferre dicitur, *sin* alterum, *negativum*.

- ** Quamvis igitur, si rei veritatem spectes, *judicium*, quodcumque demum, sit *affirmativum*, cum vel *convenientiam* idearum *affirmet* vel earundem *disconvenientiam*; jure tamen *retinetur* ista *divisio*, ad ostendendam scilicet *utriusque* *judicii* *diversitatem*. . . . Ceterum de *quæstionibus*: *utrum* *Judicium* sit *actus* *Voluntatis*, an *Intellectus*: *item* an sit *actus* *simplex*, an *aggregatum* ex *solis* *ideis*, *conferantur* *Log. Controv. Coroll. 2. & 3.*

§. II. Quemadmodum vero *Judicium* *internum* *duas* ad *minimum* *ideas* *desiderat* & *assensum*: *ita* *pariter* *Propositio* *externa* *geminos* *requirit* *terminos* & *copulam*. Ac *termini* *quidem*, *prout* *hoc* *loco* *considerandi* *veniunt*, *definiuntur* *propositionis* *extrema*, *quorum* *alter*, *de* *quo* *aliquid* *dicitur*, *vocatur* *subjectum*, *alter*, *qui* *vel* *affirmatur* *ipse* *vel* *negatur*, *prædicatum* *sive* *attributum*. *Copula* *denique* *est* *verbum* *substantivum*, *conjungens* *prædicatum* *cum* *subjecto*. *

- * Ut ut *autem* *sine* *his* *tribus*, *subjecto* *nimirum*, *prædicato* & *copula*, *propositio*
nec

nec esse nec concipi possit; nolim tamen existimes, ea semper in propositionibus reperiri explicite; fit enim non raro, ut saltem implicite lateant, nec nisi in propositionum evolutione emergant in lucem, id quod ex. gr. contingit in sequentibus: *veni, vidi, vici*, item: *ningit, pluit, lucefcit, &c.*

§. III. Porro ut Judicium, sic & Propositio quoad *qualitatem* vel *affirmativa* est vel *negativa*: quoad *quantitatem* vel *universalis*, vel *particularis*, vel *singularis*, vel *indefinita*. *Qualitas* a copula: * *quantitas* a subjecto repetitur. **

* Hinc, ut propositio sit *negativa*, necesse est, ut negatio cadat in copulam, eamque, si plures contineat, principalem. Quod si enim negatio non copulam, sed terminum immediate afficiat, propositio nequaquam *negativa* dicitur, sed *indefinita*, quæ vere est affirmativa. Ex. gr. *Judei sunt Lo-ammi, id est, non populus meus. Quisquis inordinatis cupiditatibus non resistit, miser est.*

** Prout igitur subjectum est vel terminus *universalis*, vel *particularis*, vel *singularis*, vel *indefinitus*, ita quoque propositio quævis ad unam ex quatuor hisce quan-

quantitatum speciebus referenda. Confer. *Scholion Cap. 1. Art. 5. §. 8.*

§. IV. Utrum vero propositio *universalis* esse debeat, an *particularis*, ex *thesi* & *hypothesi* dijudicandum, quæ fere cuilibet propositioni insunt. *Thesis* est ipsa enunciatio, *hypothesis* conditio, sub qua hæc enunciatio vera est. Jam observa regulam; Quoties *hypothesis* seu conditio, sub qua propositio vera est, latet in ipsa *subjecti* natura, toties propositio sit *universalis*; sin ea extra *subjecti* naturam quaerenda, non potest non *particularis* esse.*

* Hinc recte dico: *omnis lapis descendit deorsum*. Conditio enim hic non alia supponenda, quam ipsa lapidis natura, ex qua gravitas, descensus causa, manifeste fluit. Contra dicere non possum: *omnis lapis calefacit*. Ut enim calefaciat lapis, conditio ponenda est alia extra illius naturam, scilicet calor. Dicendum ergo: *quidam lapis calefacit*.

§. V. Hæc de quantitate *propositionum*, & qualitate *essentiali*. Ad qualitatem *accidentalem* quod attinet, sciendum porro, propositiones omnes aut *veras* esse aut *falsas*. Quodsi enim *objectum* ita se habeat,

habeat, ut propositio enuntiat, vera est; sin objectum aliter se habeat, falsa: ut igitur prorsus, sicut quilibet est vel non est, ita quoque propositio quævis aut vera sit, aut falsa: & rursus, quam parum idem potest simul esse, & non esse, tam parum etiam una, eademque propositio queat esse simul vera & simul falsa.*

* Ex his velim inferas, figmenta nobis, non ænigmata esse propositiones ejusmodi, quæ *nec veræ sint nec falsæ*, aut *veræ, falsæque simul*. Propositiones enim, ut vocant, *insolubiles*, quibus excogitandis nimium quantum se fatigant otiosa, quæ nugis delectantur, ingenia, & cujus farinae ex. gr. sunt: *Ego nunc mentior: Ego propositio sum falsa &c.* cum se ipsas pro objecto habeant, propositiones logicæ non sunt, hoc est, utiles ad indagandam veritatem, quippe quæ pro objecto habere debent aliquid a se distinctum: ut adeo sanioris Philosophi, cujus est sectari utilia, & inania detestari, nullam plane mereantur attentionem, nisi forte eum in finem, ut vel hoc exemplo intelligat, Philosophum, cujus cæteroquin est præ vulgo sapere: nisi reflexionibus reflexiones superadendi libidinem frænare didicerit, præ
vulgo

ulgo insanire posse. Confer. Log.
Controv. Coroll. 4.

§. VI. Ulterius propositiones divi-
sione generali dividuntur in *simplices*, *com-
plexas* & *compositas*. *Simplices* sunt, quæ
terminis simplicibus: *complexæ*, quæ uno,
pluribusve terminis complexis: *compositæ*,
quæ pluribus constant propositionibus
æque principalibus. *

* Exemplum propositionis simplicis: *Alexander fuit Orbis domitor*. *Complexæ*.
Alexander, Philippi filius, vicit Darium,
Perfarum Regem. *Compositæ*: *Alexan-*
der vicit Darium & Cæsar Pompejum.

§. VII. Utrum propositiones *simplici-*
ces veræ sint, an falsæ, minime operosum
est determinare, modo ad generalem ve-
ritatis legem, paulo ante traditam, fugi-
tivo quasi oculo respicias. * De *comple-*
xis advertendum, propositiones, quæ
nascuntur ex terminis complexis, vocari
incidentes, reliquam *principalem*. Jam te-
nendæ regulæ: Quoties propositio *inci-*
dens continet rationem, cur vera sit
principalis: toties falsitas propositionis *in-*
cidentis falsam quoque reddit propositio-
nem *principalem*. Quodsi vero propositio
tio

no incide-
nem h
modum
que prop
ne, argu
cabo sic ju
ut mox fu
jiciamus.

* Sic p
que,
corp
lapis
quia
prop
com
tiam

** Ideo
prop
prince
Sophia
enim
teli pr
itam n
fito. . .
Philipp
vitarat
cuncto
Philipp

tio incidens propositionis principalis rationem haud contineat: falsitas illius nihil admodum huius veritati obest. ** Denique propositiones compositas quod concernit, singulas harum species peculiari articulo sic juvat recensere atque exponere, ut mox suam cuique veritatis regulam adjiciamus.

* Sic primo statim intuitu advertit quisque, veras esse propositiones: *lapis est corpus durum, grave &c.* falsas contra: *lapis est corpus fluidum, molle, leve &c.* quia scilicet *ibi* objectum ita se habet, ut propositiones enuntiant; *hic* vero aliter comparatum est objectum, aliter enuntiant propositiones.

** Ideo falsa multis est illa Peripateticorum propositio: *Aristoteles, Philosophorum princeps, præ cæteris omnibus dux Philosophiæ & auctor eligendus.* Eclectici enim, qui, sicut nulli, ita nec Aristoteli primas deferunt, propositionem istam negant tanquam de falso supposito. . . . At propositioni huic: *Cæsar, Philippi filius, domuit gentes immanitate barbaras,* sua constat veritas illæsa, etsi omnino a vero aberret, Cæsarem fuisse Philippi filium.

§. VIII. Tandem adhuc superest divisio propositionum generalior in *absolutas* & *modales*. *Illæ* simpliciter judicant, prædicatum subjecto convenire vel non convenire: *hæ* insuper modum, quo vel conveniat vel non conveniat, definiunt. Unde ut propositiones posterioris generis sint veræ, neutiquam sufficit, prædicatum convenire subjecto simpliciter vel simpliciter disconvenire; verum etiam, ut modo per propositionem definito vel conveniat vel disconveniat, requiritur. *

* Modos hujus generis Philosophi numerant quatuor: *necessè*, *contingens*, *possibile*, *impossibile*. Ex. gr. *Necessè est*, hominem esse rationalem. *Contingens est*, hominem esse doctum. *Possibile est*, hominem rationis usu privari. *Impossibile est*, hominem ipsa ratiocinandi virtute destitui. De his jam notant regulas. 1.) *Propositiones necessariæ sunt fundamentum demonstrationis firmissimæ & directæ*. 2.) *Impossibiles dant demonstrationem indirectam*. 3.) *Reliquæ raro aliam, quam probabilem veritatem suppeditant, quia, quod contingit, aut possibile est, non continuo actu est*.

§. IX. Præterea adhuc alias circa veritatem *modalium* adstruunt observationes. Videlicet ad veritatem propositionum in materia, ut loquuntur, tum necessaria, tum impossibili, neutiquam requiri actualem subjecti existentiam; at hanc ipsam omnino desiderari, ubi propositio versetur in materia contingente. *

* Rationem hujus diversitatis hanc adsignant: quia propositiones in materia necessaria, quantum ad subjecti existentiam, sensum faciunt conditionatum, ex. gr. *si existit homo, necesse est, eum esse rationalem*; at propositiones in materia contingente tacite habent sensum absolutum, ex. gr. *& existit homo, & est doctus*. Et hæcenus quidem recte. Ubi vero rationem rationis rogaveris, vel hærebunt illi, vel certe ad unanimitiam hac in re Philosophorum placita, veluti ad sacram anchoram confugient. Genuinam igitur hujus doctrinæ & originem & rationem nos statuimus sequentem: quia scilicet veritas propositionum in materia necessaria aut impossibili nititur ipsis rerum ideis: ideæ autem haberi & mente nostra inter se comparari, earumque habitudines detegi possunt, etsi res ipsæ non existant.

E

At

At propositionum contingentium veritas nititur vel conscientiae vel sensuum vel hominum testimoniis, ut suo loco docebimus ex instituto: hæc testimonia vero haberi nequeunt, nisi de rebus existentibus.

ARTICVLVS II.

DE PROPOSITIONIBVS COMPOSITIS.

§. I.

Propositionum compositarum duæ classes distingui solent. Velenim earum compositio aperte mox incurrit in oculos, vel non nisi in earundem resolutione patescit. Si primum, dicuntur *clare compositæ*: sin alterum, *obscurè compositæ*, vel etiam propterea, quod expositione egeant, *exponibiles*. Ad priorem classẽ pertinent *copulativæ*, *disiunctivæ*, *conditionales*, *causales*, *relativæ* & *discretivæ*. Ad posteriorem referuntur *exclusivæ*, *exceptivæ*, *reduplicativæ*, *specificativæ*, *comparativæ*, *inceptivæ*, *desitivæ* & *continuativæ*: quarum omnium naturam & indolem una cum veritatis regula cuique propria paulo altius scrutari, præsens labor erit haud pœnitendus.

§. II.

§. II. Propositio igitur *copulativa* est, quæ suas partes conjungit per particulam *Et* vel *nec*, aliasve similes his æquivalentes. Ad veritatem ejus requiritur, ut omnes partes per copulam grammaticalem conjunctæ sint veræ. *

* Cum enim ea sit propositionis copulativæ natura & indoles, ut vel dicat: *utrumque est*, siquidem fit affirmativa, vel: *neutrum est*, siquidem fit negativa; facile pater, eam esse veram non posse, nisi omnia membra simul sint vera. Hinc utut fides requiratur ad salutem, falsâ tamen est propositio: *fides Et opes sunt necessariae ad salutem*. Veræ contra sunt istæ: *Et divitiæ Et paupertas a Deo sunt*. *Nec voluptas nec divitiæ hominem reddunt beatum Et c.*

§. III. Propositio *disjunctiva* est, quæ sua membra disjungit per particulam *vel*, similemve aliam hujus vices sustinentem. Ad hujus veritatem opus est, membra disjuncta sic opponi, ut 1.) simul esse nequeant: at 2.) alterutrum necessario sit. *

* Hujus regulæ ratio pariter fluit ex vi & potestate propositionis disjunctivæ. Hæc enim sua membra sic disjungit seu dividit, ut posito uno removeat alterum,

rum, & vicissim uno remoto alterum ponat. Nam ubi dicitur: *vel Mens est spiritualis vel materialis*, perinde est, ac si diceretur: *vel Mens est spiritualis & tunc non est materialis: vel est materialis & tunc non est spiritualis*. Falsæ igitur sunt propositiones sequentes: *vel pater colendus est liberis vel mater*. Item: *vel Titius causa cecidit ob iniquitatem causæ, vel ob iniquitatem iudicis*. Prior quidem, quia verum est utrumque; posterior autem, quia utrumque potest esse falsum, ut si causa cecidisset ob defectum probationis aut falsa testimonia. . . . Porro autem ex his pronum est conjicere, quid sentiendum de doctrina eorum, qui inter *disjunctivam exclusivam & disjunctivam præcisivam* distinguentes, *illam* quidem lege nostra obstrictam fatentur ac docent, *hanc* vero ab eadem eximunt, quippe quam indistincte veram putant, sive membrum unum sit verum cum exclusione alterius, sive sit verum utrumque. Nempe propositio, cui illi cognomentum *præcisivæ* tribuunt (ut eam censura notemus mitissima) non est nisi propositio *pure vulgaris*, minime vero *logica*, cum nec sit nec esse possit fundamentum ullius demonstrationis.

§. IV. Propositio *conditionalis* est, quæ suas partes connectit per particulam *si*, vel aliam quandam, quæ conditionem denotat. Pars prior, quæ inchoatur a particula conditionali, vocatur *antecedens*, posterior *consequens*. Veritas ejus est sita in veritate consequentiæ, hoc est, necessaria antecedentis & consequentis connectione. Unde hæc propositio potest esse vera, etsi tam antecedens quam consequens seorsim spectata sint falsa. *

* Sic licet falsum sit, *Christum non resurrexisset*: licet etiam falsum sit, *vanam esse fidem nostram*; verissima tamen est hæc propositio Apostoli: *si Christus non resurrexit, vana est fides vestra*. At ubi deficit legitima illa antecedentis & consequentis connexio, propositio conditionalis est falsa. Talis ex. gr. est ista: *Si Titius multos audit Magistros, est doctus*. Interim & hic nonnulli subdivisionem adstruunt in conditionalem *illativam*, *simpliciter enunciativam* & *disparatam*. Verum cum & hæ duæ posteriores nullam plane demonstrationem fundare queant, cum eadem censura, quam præcedente scholio disjunctivæ præcisivæ diximus, dimitti merentur.

§. V. Propositio *causalis* est, quæ suas partes conjungit per particulam *quia*, *ut*, vel id genus alias, causam asserti designantes. Hæc vera est, ubi tres, quæ in ea latent, propositiones simplices sunt veræ.*

* Ideo, quo harum propositionum veritas aut falsitas facilius detegatur, resolvuntur in suas simplices. Ita hæc causalis: *quia sol lucet, dies est*, sic resolvitur: *Et sol lucet, Et dies est, Et est dies ideo, quia sol lucet*: quæ porro vera erit, ubi tres istæ simplices sunt veræ, at ubi una vel altera deficit, falsa.

§. VI. Propositio *discretiva* est, quæ suas partes conjungit per particulas adverbivas, *at*, *sed*, *quidem*, *tamen*, aliasve similes aut expressas aut tacitas. Veritas ejus consistit tum in veritate, tum in oppositione quadam utriusque partis.*

* Exemplum discretivæ veræ præbet commune proverbium: *cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt*. Item: *virtus premi potest, at non opprimi*. Falsarum exempla vero antequam proferamus, necesse erit nobis stipulari illud: risum teneatis amici. Quæcunque enim contra datam regulam impingunt, non modo falsæ sunt, ut: *amici diligendi, at*
non

non inimici; sed & sæpe nugatoriæ, ineptæ & ridiculæ. Quid enim falis, imo quid rationis inest huic, similive propositioni: *Julianus fuit apostata, sed tamen Christum non amabat? &c.*

§. VII. Propositio *relativa* est, quæ habitudinem quandam partium inter se, ac relationem exprimit: quod quidem variis modis fieri potest, quoad locum videlicet, quoad tempus, quoad qualitatem, quoad quantitatem, quoad numerum &c. Veritas hujus pendet a veritate habitudinis & proportionis inter utramque partem. *

* Adverte tamen, propositiones hujusmodi esse plerumque ordinis tantum moralis, hoc est, quarum veritas æstimatur ex eo, quod ut plurimum usuvenit, etsi non semper. Hinc veræ sunt ex. gr. *Ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Qualis Rex, talis grex. Quanta diligentia, tanta doctrina.* Ubi vero vel semper vel ut plurimum affirmata comparatio deficit, sunt falsæ, qualis ex. gr. est ista: *tanti quisque faciendus, quantum opibus valet.*

§. VIII. Hucusque de propositionibus *clare compositis.* Restant *obscure compositæ.* seu *exponibiles*, quæ deinceps expendendæ. Itaque propositio *exclusiva*,

cui inter alias primum locum supra dedimus, est, quæ attributum de subiecto sic enuntiat, ut vel idem attributum de omnibus aliis subiectis removeat, vel de eodem subiecto excludat omnia alia attributa. Si primum, dicitur *exclusiva juxta subiectum*: si alterum, *exclusiva juxta prædicatum*. * Ad veritatem ejus quod attinet, sciendum, & exclusivam & reliquas exponibiles ad unam omnes facere implicite sensum copulativum: Unde jam semel & in perpetuum notanda regula: videlicet tam exclusivam, quam exponibiles quascunque alias tum demum esse veras, ubi omnes simplices, in quas resolvuntur, sunt veræ.

* Ita ex. gr. hæc propositio: *nobilitas sola est atque unica virtus*, est exclusiva primi generis, & sic resolvitur: *virtus est nobilitas, & nihil præter virtutem est nobilitas*. Contra vero ista: *Euclides excellit tantum in Mathefi*, est exclusiva secundi generis, & exponenda hoc modo: *Euclides excellit in Mathefi, & non excellit in ulla alia scientia*.

§. IX. *Propositio exceptiva* est, quæ attributum de subiecto enuntiat cum aliqua

qua exceptione, per particulas nisi, præter, aliasve similes exprimi solita. Affinis est propositioni exclusivæ; quare etiam affinem admodum cum illa recipit expositionem. *

* Ita hæc propositio: *nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis*, in hunc modum exponitur: *quicumque non egeritis penitentiam, peribitis, & quicumque egeritis, non peribitis*. Et rursus ita: *omne animal, præter hominem, est irrationale*, ita fere resolvenda: *omne animal, quod non est homo, est irrationale, & nullus homo est irrationalis*.

§. X. Propositio reduplicativa est, quæ subjectum repetit ac veluti duplicat: *specificativa*, huic opposita, quæ subjectum ad certam quandam speciem determinat. Ambæ æquipollent propositioni causali; quacum etiam eandem fere expositionem admittunt, & eadem veritatis regula censentur. *

* Exemplum reduplicativæ: *Episcopi Germaniæ, qua Episcopi, gaudent jure circa sacra subditorum catholicorum*. Specificativæ: *Episcopi Germaniæ, qua Principes, gaudent jure circa sacra subditorum suorum protestantium*.

§. XI. Propositio *comparativa* est, quæ unius & alterius rei comparationem exprimit. Ut vera sit, requiritur, ut gradus positivus utriusque, comparativus uni comparationis extremo conveniat; unde etiam hæc propositio tres simplices copulative involvit. *

* Hinc in propositione illa Scripturæ: *melius est habitare cum dracone, quam cum muliere litigiosa*, non oportet verba captare, sed mentem attendere, secundum quam ea sic interpretanda: *melius est, hoc est, minus malum est, &c.* Jam enim gradus positivus in utrumque comparationis extremum quadrat, ac vere licet dicere: *Et malum est habitare cum dracone, Et malum est habitare cum muliere litigiosa, Et minus malum tamen est prius quam posterius.*

§. XII. Tandem propositio *inceptiva* est, quæ rei initium: *desitiva*, quæ finem: *continuativa*, quæ continuationem designat. Veritas harum pariter pendet a veritate simplicium, in quas copulative resolvuntur. Prima namque denotat statum rei pro tempore præsentis & futuro: altera pro præsentis & præterito: tertia pro præsentis, præterito & futuro. *

* Exem-

* Exempla inceptivæ: *Lucescit. Advesperascit. Deus fio, ut ajebat Vespasianus, morti vicinus. Hoc est, lux non est modo, erit autem paulo post &c.* Exempla definitivæ: *Fuimus Troës. Fuit Ilion. Transivi, & ecce non erat. Hoc est, fuimus Troës antea, & modo non sumus, &c.* Exempla continuativæ: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Verba mea non transibunt. Hoc est, Pater meus & ego operati sumus antea, operamur modo & sumus deinceps operaturi &c.*

ARTICVLVS III.

DE METHODICIS PROPOSITIONVM COGNOMENTIS ET OFFICIIS.

§. I.

Mathematici, & qui methodum mathematicam cæteris anteferendam statuunt, Philosophi singulis propositionibus singula cognomenta tribuunt. Alias enim *axiomata* vel *postulata*, alias *theoremata* vel *problemata*, alias *confectaria*, alias *scholia* adpellant, nec non in eadem methodo adornanda peculiariora quibuscunque officia adsignant.

§. II.

§. II. *Axiomata & postulata sunt propositiones, quæ immediate ex una definitione fluunt. Et prius quidem nomen obtinet, si theoreticæ sint, posterius, si practicæ. **

* Ex. gr. esto definitio: *commodatum est contractus, quo rei usus gratis transfertur in alterum ea lege, ut res convento tempore in eadem specie restituatur.* Si inde colligam: *res commodata restitui debet in eadem specie,* habeo axioma. Sin inferam: *re commodata non abutendum,* habeo postulatam.

§. III. *Axiomata porro & postulata, cum immediate ex definitione fluant, probatione non indigent. Si enim ipsa definitio vera est, non potest non & propositio, quæ immediate inde fluit, vera esse. **

* Quando autem certa sit definitio, quando ipsa demonstratione indigeat, docuimus supra cap. 1. art. 4. §. 7.

§. IV. *Theoremata & problemata sunt propositiones, quæ nascuntur ex pluribus definitionibus, inter se comparatis. Eadem inter ea, quæ inter axiomata & postulata, subest differentia. Quodsi enim*
theore-

theoreticæ sint, *theoremata* audiunt; *sin*
practicæ, *problemata* vocantur. *

* Ita si definitiones mutui, commodati, rerumque fungibilium inter se conferas, & ex his concludas: *in rebus fungibilibus subsistit mutuum, non commodatum*, habes theoremata. Sin inde propositionem practicam colligas, ex. gr. *si vis in re fungibili constituere commodatum, tradenda illa, ut ajunt, dicis, non usus gratia*, habes problema.

§. V. Cum autem theoremata & problemata ex diversarum definitionum comparatione colligantur: utrum vero in iisdem colligendis recte ratiocinatus fuerim, non continuo unusquisque intelligat: sequitur, horum veritatem non perinde incurere in oculos, ut axiomatum & postulatorum, atque ideo utraque esse demonstranda.

§. VI. *Consectaria* sunt propositiones, quas ulterius ex axioma vel postulato, theoremate vel problemate per legitimam consequentiam derivamus. Aliis quoque nominibus adpellari solent *corollaria* vel *porismata*. *

* Sic

* Sic ubi in hunc, similemve modum ratiocinarius: *cum igitur res commodata restitueda in eadem specie, consequens est 1.) quod non liceat eam consumere. Nec 2.) alienare. Nec 3.) deteriorare &c.* tria jam deduxisti consecutaria.

§. VII. *Scholia* denique vocantur adnotationes illæ, paragraphis hinc inde subjungi solitæ, quibus doctrina proposita vel confirmatur vel illustratur. Legibus illa Hermenevticæ non sunt æque strictæ alligata, ut commentationes aliæ, sed liberioribus passim meditationibus relicta. *

* *Exempla Scholiorum* quamplurima tum ipsa lucubratio nostra suppeditat, tum recentiores plerique alii elaborarunt, qui methodum in scribendo Mathematicam tenere, moderno genio præ reliquis acceptam ac solennem.

ARTICVLVS IV. DE DIVERSIS PROPOSITIONVM SENSIBVS.

§. I.

Sensus propositionum admodum variant. Generatim quippe sensus jam *formalis*

formalis esse dicitur, jam *materialis*: sensus *formalis* iterum jam *realis*, jam *ideal*: *realis* porro jam *distributivus*, jam *collectivus*, jam *determinatus*, jam *indeterminatus* seu *confusus*; quibus demum accedunt sensus *compositus* & *divisus*: nec non sensus *purus* & *restrictus*, quorum diversitas desumitur a dicto *simpliciter* & *dicto secundum quid*. *

* His rite intellectis, facile carere possumus suppositione simplici, personali, statu, distractione, aliisque id genus vocabulis, a nimia obscuritate suspectis.

§. II. Porro autem hi sensus intelligi commodissime, atque inter se discerni possunt, si mentem advertamus ad regulas: Talia sunt subjecta, qualia esse permittuntur a suis prædicatis: talia sunt prædicata, qualia esse permittuntur a suis subjectis. Ex his enim prono alveo ulteriores jam fluunt regulæ, cuilibet sensui, hic & nunc dignoscendo, peculiare & propria.

§. III. Nempe sensus *formalis* est, quoties prædicatum convenit ipsi rei, per vocem significatæ: quoties autem voci tantum

tantum convenit, non rei, sensus *materialis*. *

* Sic propositio: *homo est rationalis*, habet sensum *formalem*. At propositiones: *homo est dissyllabum, est generis masculini, est tertiæ declinationis, &c.* habent sensum *materialem*.

§. IV. Sensus *realis* est, quoties prædicatum convenit rebus ipsis, ut sunt in rerum natura: quoties autem convenit solis rerum ideis, ut sunt in mente nostra, sensus *idealis*. *

* Ita hæc propositiones: *animal vivit, sentit &c.* habent sensum *realem*. Contra vero istæ: *animal est universale, est genus &c.* habent sensum *idealem*.

§. V. Sensus *distributivus* est, quoties prædicatum convenit omnibus subjecti inferioribus, seorsim enumerandis, vel, ut uno verbo dicamus, singulis: quoties contra non convenit singulis, sed tantum omnibus simul sumptis, sensus *collectivus*. *

* Ideo huic propositioni: *omnes Apostoli sunt a Christo vocati*, recte tribueris sensum *distributivum*. At vero ista: *omnes Apostoli sunt duodecim*, exponenda per sensum

sensum *collectivum*. Cæterum de sensu distributivo notandum porro, si prædicatum conveniat singulis sine omni exceptione, eum vocari *distributum absolutum*: sin cum exceptione aliqua, *distributum accommodum*. Item, si prædicatum conveniat singulis individuis, eundem dici distributum, *de singulis generum*: sin tantum singulis speciebus, distributum, *de generibus singularum*. Hujus rei exempla jam dedimus *supra Cap. I. Artic. V. §. X.*

§. VI. Sensus *determinatus* est, quoties prædicatum convenit cuidam determinato: quoties non convenit nisi cuidam indeterminato, sensus *indeterminatus*, seu *confusus*. *

* Hinc facile patet, hanc propositionem: *Sacramentum quoddam est omnibus necessarium ad salutem*, habere sensum *determinatum*, eo quod Sacramentum aliquod determinare liceat, quod sit omnibus præcise necessarium. At propositioni isti aut simili: *quidam oculus est necessarius ad videndum*, non constat, nisi sensus *indeterminatus*. Neque enim licet dicere: *oculus dexter est præcise ac determinate necessarius*, quia sufficit *sinister*, & sic vice versa.

F

§. VII.

§. VII. Sensus *compositus* est, quoties prædicatum convenit subiecto intra consortium alterius cujusdam prædicati: quoties tantum convenit extra consortium prædicati alterius, sensus *divisus*: *

* Sensus *compositus* ex. gr. occurrit in propositionibus sequentibus: *Jurisperitus potest violare justitiam, justus potest peccare venialiter*, quia jurisperitia & violatio justitiæ, justitia & peccatum veniale possunt stare simul, id est, uni, eidemque subiecto simul convenire. At in his propositionibus: *Civis est deportatus, item: cæci vident, surdi audiunt, claudi ambulant*, reperitur sensus *divisus*; unde etiam resolvendæ sunt hoc modo: qui fuit civis, est deportatus, qui fuere cæci, nunc vident &c. Quodsi enim eas aliter exponeres, scilicet: qui etiamnum sunt cæci, vident &c. essent propositiones falsæ.

§. VIII. Sensus *purus*, sive *dictum simpliciter* est, quoties prædicatum convenit subiecto sine addita restrictione adeoque non modo in tantum, sed in totum: quoties vero non aliter convenit, quam cum restrictione quadam adjecta, sensus

sensus restrictus sive dictum secundum quid. *

* Ita hæc propositio: *homo est substantia*, sensum dicitur habere *purum*, & esse *de dicto simpliciter*, quia non opus est restrictione, nec expressa nec tacita, cum talis sit homo simpliciter & ex toto, id est, secundum utramque sui partem. At propositiones istas: *homo est materialis, est mortalis &c.* nemo non intelligit, sensum habere *restrictum*, & esse *de dicto secundum quid*, cum ad harum veritatem omnino particula restringens, aut expressa aut tacita, requiratur.

§. IX. Atque hi sunt præcipui propositionum sensus, sibi invicem e diametro oppositi; quorum profecto notiones ideo neutiquam in postremis curis numerandæ, quia non modo propositionum ipsarum veritas ab iis pendet, verum etiam argumentationum valor sine earundem subsidio tuto satis dijudicari nequit *

* Patebit hoc infra suo loco, ubi syllogismos quam plurimos notabimus, qui vel hoc uno ex capite non rite concludunt, quod a sensu opposito ad oppositum transeat.

ARTICULUS V.

DE PROPOSITIONUM OPPOSITIO-
NIBUS.

§. I.

Quæ supersunt porro, & tum in præsentiarum, tum articulis insequentibus expedientur, de nonnullis adhuc propositionum affectionibus meditationes ac doctrinæ, in eo operæ pretium satis condignum dabunt, quod totidem veluti fontes consequentiarum, ut vocamus, simplicium nobis aperient, hoc est, vi quarum propositiones aliæ ex aliis immediate & sine interventu termini cujusdam medii fluunt. Primum inter alias locum damus propositionum *Oppositioni*: quæ est duarum propositionum, eodem subiecto & prædicato constantium pugna vel secundum solam *quantitatem*, vel secundum solam *qualitatem*, vel secundum *utramque* simul: unde jam quatuor emergunt propositionum oppositarum species, quæ vel dicuntur *subalternæ*, vel *contrariæ*, vel *subcontrariæ*, vel *contradictoriæ*.

§. II.

§. II. *Subalternæ* sunt propositiones geminæ, sola quantitate discrepantes, id est, quarum vel utraque affirmat, vel utraque negat, sed *universaliter* una, & *particulariter* altera. Prior vocari solet *subalternans* sive includens, *posterior subalternata* sive inclusa. *Contrariæ* sunt duæ propositiones *universales*: *subcontrariæ* duæ propositiones *particulares*, quoad *qualitatem* oppositæ, hoc est, quarum altera affirmat, altera negat. *Contradictoriæ* simul & quoad *quantitatem* & quoad *qualitatem* inter se pugnant. *

* Hoc ita, ubi sunt contradictoriæ, ut vocantur *de forma*; nam & duæ propositiones *singulares*, quarum una negat, quod altera affirmat, dicuntur contradictoriæ sed *de lege*, eo quod contradictoriarum leges imitentur. Tales ex. gr. sunt: *Anti-Christus veniet, non veniet: Anti-Christus peccabit, non peccabit* &c. Reliquarum oppositarum exempla exhibet sequens schema:

Omnis spiritus est unitus corpori. CONTRARIÆ *Nullus spiritus est unitus corpori.*

SUBALTERNÆ

CONTRA
DICTORIÆCONTRA
DICTORIÆ

SUBALTERNÆ

Aliquis spiritus est unitus corpori. SUBCONTRARIÆ *Aliquis spiritus non est unitus corpori.*

§. III, De subalternis duæ leges præcipuæ sunt proditæ. Prima: Ex veritate *subalternantis* sequitur veritas *subalternatæ*, at non *vicissim*. Secunda: Ex falsitate *subalternatæ* sequitur falsitas *subalternantis*, at non *vice versa*. Utriusque legis ratio in eo est sita, quod ad veritatem propositionis *subalternantis plus*, ad veritatem *subalternatæ minus* requiratur. *

* Ad

* Ad normam primæ legis recte argumentamur: *omnis spiritus est immortalis: ergo & aliquis spiritus est immortalis.* Ad normam secundæ: *falsum est aliquam materiam cogitare: ergo & à priori falsum est, omnem materiam cogitare.* Pessimæ contra sunt consequentiæ: *aliquis spiritus est unicus corpori: ergo omnis spiritus est unicus corpori. Falsum est, omne corpus esse animatum: ergo & falsum est, aliquod corpus esse animatum.* Prior enim contra primam: posterior contra secundam impingit regulam.

§. IV. De contrariis indubitata est regula: contrariæ possunt esse simul falsæ, at non simul veræ. Ratio prioris est, quia contrariarum una plus negat, quam requiritur ad falsificandam alteram: ratio posterioris, quia si duæ contrariæ essent simul veræ, sequeretur, etiam duas contradictorias esse simul veras, id quod vero ne divinitus quidem fieri posse, mox dicemus. *

* Cum enim ex veritate subalternantis sequatur veritas subalternatæ, ideo si veræ essent ambæ contrariæ, quæ sunt duæ subalternantes, per necessariam

consequentiam etiam veræ essent ambæ subcontrariæ, quæ sunt respective subalternatæ, ut adeo tota tabula oppositarum esset vera. Atqui vero, (licebit nunc subsumere) in tota tabula continentur etiam contradictoriæ, si nimirum propositiones decussatim comparentur: ergo si duæ contrariæ essent simul veræ, etiam duæ contradictoriæ essent simul veræ, quod erat demonstrandum.

§. V. De subcontrariis tenenda est regula inversa; hæ namque possunt esse simul veræ, at non simul falsæ. Ratio primæ partis est, quia ex subcontrariis una minus negat, quam requiritur ad falsificandam alteram: ratio secundæ partis, quia si duæ subcontrariæ essent simul falsæ, etiam duæ contradictoriæ essent simul falsæ: * quod ipsum pariter fieri nequit.

* Hujus sequelæ ulterior demonstratio eodem fere modo, quo prior, pertextitur. Cum enim subcontrariæ sint subalternatæ: ex falsitate subalternatæ autem sequatur etiam falsitas subalternantis: certe, si falsæ essent ambæ subcontrariæ, etiam falsæ essent ambæ, quæ his respondent, contrariæ, ita, ut tota oppositarum tabula esset falsa, & hinc etiam duæ contradictoriæ, ibidem contentæ,

§. VI.

§. VI. De contradictoriis denique notanda regula: contradictoriae nec possunt esse simul verae, nec simul falsae, sed harum semper altera vera est, altera falsa. Ratio hujus legis petenda est a famosis principiis, lumine naturae notis: quidlibet est, vel non est: idem nequit simul esse, & non esse. *

* Utut autem haec principia certissima sint, adeoque & huic legi, quae illis innitur, controversia serua moveri nequeat; dari tamen possunt propositiones bene multae, quae & contradictoriae videantur esse, & vel simul verae, vel simul falsae. Sed advertendum, eas contradictorias reipsa non esse, etsi pro iis venditentur, & earum quoque speciem qualemcunque praeseferant. Conf. *Covollar. 5. & 6. Log. Controv.* Ubi & quaestionem illam: utrum similiter ex contradictoriis de futuro singulari libero una determinata jamnunc sit vera, altera falsa, cum ejus discussio apprime faciat ad praescientiam, decretaque divina cum hominis libertate combinanda, & solidius nonnihil, & liberalius enucleatam damus.

§. VII. Haecenus de oppositione propositionum simplicium. De compo-

fitarum oppositionibus paulo major superest difficultas, quæ tamen etiam exhaurietur facile, si in primis probe exploratam habeamus propositionum compositarum naturam: tum vero notemus regulas: 1.) Copulativæ affirmanti *contrariatur* copulativa negans. 2.) Disjunctivæ affirmanti *subcontrariatur* disjunctiva negans. 3.) Copulativæ *subalternatur* disjunctiva, si vel utraque affirmet, vel utraque neget. 4.) Copulativæ *contradicit* disjunctiva, & vicissim, si affirmet una, & neget altera. *

* Exempla vide sis in subjuncta tabula:

<i>Et Petrus</i>	&	CONTRA-	<i>Nec Petrus nec</i>
<i>Judas est</i>		RIÆ	<i>Judas est</i>
<i>salvatus.</i>			<i>salvatus.</i>

SUBALTERNÆ

CONTRA DICTORIÆ

SUBALTERNÆ

Vel Petrus vel
Judas est
salvatus.

SUBCON-
TRARIÆ

Vel Petrus vel
Judas non est
salvatus.

§. VIII.

§. VIII. Denique ad propositionum modalium oppositiones quod attinet, quatuor earum species & citius multo & facilius ex parato quodam schemate didiceris, quam ex coacervatis regulis, modo attendas unum, ac memoriæ mandes sedulo, videlicet in quarto schematis angulo dictum esse variandum, hoc est, si in reliquis tribus angulis dictum affirmativum fuerit, in quarto ponendum esse dictum negativum, & vice versa. *

* Igitur animo nunquam non præsentem habe hanc, similemve tabulam, qua duce, in discernendis modalium oppositionibus, longe te promptiorem senties, quam si ad fusas, confusasque regulas mentem fatigaveris.

Necessse

*Necesse est, ho-
minem esse
doctum.*

CONTRA-
RIÆ

*Impossibile est,
hominem esse
doctum.*

SUBALTERNÆ

CONTRA
DICTORIÆ

SUBALTERNÆ

*Possibile est, ho-
minem esse
doctum.*

SVBCON-
TRARIÆ.

*Possibile est, ho-
minem non
esse doctum.*

ARTICVLVS VI.

DE PROPOSITIONVM ÆQUI- POLLENTIIS.

§. I.

Altera propositionum affectio, quæ simplicem fundat consequentiam, est earundem *Æquipollentia*. Nam cum eorum, quæ aequipollent, eadem sit ratio; facile

facile patet, ab una propositione æquipollente ad aliam, evidentem ac necessariam esse consequentiam, hoc est, si una sit vera, fieri non posse, quo minus & vera sit altera.

§. II. Est igitur æquipollentia, quatenus præsentis est considerationis, duarum propositionum oppositarum ad eundem sensum reductio, ope negationis facta. Cum enim negatio sit malignantis naturæ, ut loqui amant, immuterque omnia, quæ post se invenit; consequens est, eam ex propositione universali, quam invenit, facere particularem, ex particulari universalem, ex affirmativa negativam, & ex negativa affirmativam: ut hac ratione propositiones, quæ paulo ante sibi erant e diametro oppositæ, nunc omnino æquipolleant, hoc est, eundem plane sensum habeant, eandem vim ac potestatem.

§. III. Ex his jam fluunt regulæ, ad singulas oppositarum species accommodatæ. Nam 1.) Contradictoriæ fiunt æquipollentes, quoties alterius subjecto negatio præponitur. 2.) Contrariæ & subcontrariæ

trariæ, quoties alterius subjecto negatio *postponitur*. 3.) Subalternæ, quoties alterius subjecto simul & *præponitur* & *postponitur* negatio. *

* Ab exemplis hic abstinemus consulto. Quodsi enim primam, quam dedimus, oppositarum tabulam inspexeris, non erit difficile, regulas singulas ad singula oppositarum genera proprio Marte applicare, & sic earundem perichitari veritatem.

§. IV. Cæterum quia æquipollentiarum usus non adeo frequens est, imo etiam, præter idioma latinum, vix in aliud ullum quadrat; eapropter tribus, quas adnotavimus, regulis pro æquipollentia propositionum simplicium acquiescendum putavimus, reliqua, quæ hic ab aliis ulterius ingenti labore, fructu nullo tradi solent, inter ea referentes, quæ feliciter ignorantur, quam sciuntur. *

* Æquipollentiæ enim usum præcipuum exserunt in arte interpretandi, ut nimirum valor & sensus propositionum in earum æquipollentibus tanto accuratius agnoscat. Cum igitur ea, quæ de æquipollentia propositionum compositarum & modalium operose docentur ab

ab aliis, sensum magis implicant quam explicent, certe hæc doctrina & interpretandi methodus est contra finem & officium Logicæ, quippe quæ lucem conatur obscuris affundere, nec tenebras, siquæ sunt, adhuc magis addensare, sed discutere ac illustrare.

ARTICVLVS VII.

DE PROPOSITIONVM CONVERSIONIBVS.

§. I.

Fons denique, ac fundamentum tertium simplicis, quam diximus, consequentiæ est propositionum *Conversio*. Unde etiam illa definiri potest propositionis unius ad aliam, mediante sola terminorum transpositione, necessaria consequentia. Cum enim omnis idearum, terminorumve convenientia ac disconvenientia sit mutua & reciproca; consequens est, quoties de subiecto vere affirmatur vel negatur prædicatum, toties & vice versa de prædicato vere affirmari vel negari subiectum. *

* Sic quia verum est, *nullum liberalem esse avarum*, non minus verum est, *nullum avarum*

avarum esse liberalem. Et rursus, quemadmodum nemo dubitat, *liberalitatem esse virtutem, avaritiam esse vitium;* ita perinde dubitare nefas, *virtutem aliquam esse liberalitatem, vitium quoddam esse avaritiam.* Nam licet in propositionibus conversis mutatae sint terminorum sedes, ita, ut praedicatum in iis translatum sit in locum subjecti, & hoc in locum praedicali: quia tamen convenientia omnis ac disconvenientia est reciproca; per necessariam consequentiam sequitur, si propositio recte se habeat ante conversionem, eam pariter non posse non recte se habere post conversionem.

§. II. Ut autem conversio procedat legitime, & quae inde ducitur, consequentia nobis non imponat, terminorum transpositio haudquaquam facienda temere, sed ea cautione opus est, ut reciprocata terminorum convenientia vel disconvenientia, quae affirmatur in propositione conversa, ad amissim respondeat illi, quae affirmatur in propositione non conversa. Quare haec notanda quasi axiomata, seu principia convertendi generalia: ut 1.) eadem in utraque propositio-
ne

ne fervetur terminorum extensio. Et 2.) idem quoque propositionum sensus constanter retineatur.*

* Itaque contra primum præceptum impingitur, quoties terminus, qui in propositione non conversa ponitur *particulariter*, sive *secundum aliquam tantum sui extensionem*, in propositione conversa ponitur *universaliter*, sive *secundum extensionem sui adequatam*. Contra alterum, quoties propositio non conversa habet sensum *conditionatum*, vel *divisum*, & propositioni conversæ tribuitur sensus *absolutus*, vel respective *compositus*. Utriusque vitii exempla occurrent magis infra.

§. III. Ex primo principio varia porro fluunt consecutaria, ceu totidem convertendi regulæ magis speciales & singulis propositionum generibus propriæ. Cum enim eadem utrobique servanda terminorum extensio; consequens est 1.) propositionem *universalem negativam*, & *particularem affirmativam* recte converti simpliciter. 2.) *Universalem affirmativam* sic esse convertendam, ut altera propositio fiat particularis. 3.) *Particularem negativam* recte quidem converti simpliciter,

G

sed

sed ita, ut negatio in propositione conversa non amplius ad copulam, verum ad subjectum referatur. *

* Primam conversionem vocant *simplicem*, alteram *per accidens*, tertiam *per contrapositionem*. Sed non opus est hisce vocabulis, tam obscuris quam inconcinnis. Missis igitur illis juvat lustrare exempla. Recte nimirum se habent conversiones sequentes, & quidem ad normam primæ regulæ: *Nullum corpus est infinitum: ergo & nullum infinitum est corpus. Quoddam corpus est pellucidum: ergo & quoddam pellucidum est corpus.* Ad normam secundæ: *Omnis filiusfamilias est alieno juri subjectus: ergo & quidam alieno juri subjectus est filiusfamilias.* Ad normam tertiæ: *Quidam liber non est sui juris: ergo & quidam, qui non est sui juris, est liber.* Contra illegitimæ sunt istæ: *omnis filiusfamilias est alieno juri subjectus: ergo & omnis alieno juri subjectus est filiusfamilias. Quidam liber non est sui juris: ergo & quidam sui juris non est liber.* Prior enim contra secundam, posterior contra tertiam legem delinquit.

§. IV. De propositione *universali affirmativa* duo præter ea, quæ diximus, adhuc

adhuc notanda veniunt. Ac primo quidem, quod nonnunquam a communi regula videatur recedere, atque ideo varias desiderare limitationes. Quoties enim prædicatum continet vel 1.) *definitionem* subjecti, vel 2.) *subjecti differentiam*, vel 3.) *proprium subjecti specificum*, toties non videtur regulæ nostræ alligata, sed omnino simpliciter converti posse: id quod etiam verum est, at sine omni tamen regulæ nostræ deminutione ac præjudicio. Cum enim in recensitis tribus casibus *prædicati* extensio non sit major, quam *subjecti*, sed ejusdem utraque latitudinis; facile patet, legis nostræ rationem his conversionibus neutiquam refragari, adeoque illas, lege nostra nec prohibente, nec invita, fieri. *

* Recte igitur simpliciter convertimus propositiones: *omnis servus est subjectus potestati dominicæ*, (ob reg. 1.) *omnis linea recta procedit via brevissima*, (ob reg. 2.) *omne grave tendit deorsum*, (ob reg. 3.)

§. V. Deinde vero neque hoc tacendum, aliam adhuc dari posse propositionis *universalis affirmativæ* conversionem,

quæ nimirum ita comparata, ut termini non solum transponendi sint, sed etiam, ut loquuntur, infinitandi. Verum illa neque inter conversiones proprie dictas locum sibi vindicare potest, neque etiam fundamento conversionum innititur, sed famoso principio syllogistico: Quæcunque discrepant in uno tertio, discrepant quoque inter se; * ut adeo non perinde huc ad simplicem consequentiam pertineat, quam ad ratiocinationem formalem, ubi idea quædam tertia intervenit.

* Nam ubi dicis: *omnis homo est animal, ergo omne non animal est non homo*, sive, quod idem est, *ergo quidquid non est animal, non est homo*, perinde est, ac si diceres: *cum omnis homo sit animal, ideo quidquid discrepat ab illo tertio, videlicet animali, quocum homo convenit, pariter discrepat ab homine*. Dictum ergo principium syllogisticum in hac convertendi, vel potius ratiocinandi methodo re-
lucet ad oculum.

§. VI. Ad alterum nunc, quod supra præstabilitum dedimus, generale conversionis principium redeundum, quod non minus utiles itidem præbet observa-
tiones

tiones. Quamvis enim propositiones quamplurimæ sint, quæ conversionis cuiuscunque incapaces appareant; legitime tamen & per necessariam consequentiam converti possunt, modo uni, eidemque sensui ex ejusdem principii præcepto firmus, immotusque inhæreas. *

- * Varia hujus rei exempla suggerit partim sensus compositus & divisus, partim sensus conditionatus & absolutus. Ad exempla primi generis pertinent propositiones: *aliqui cæci vident, aliquis civis est deportatus, aliquod lignum est combustum, &c.* Pessimæ namque forent conversiones: *aliqui, qui vident, sunt cæci, aliquis, qui est deportatus, est civis, aliquid, quod est combustum, est lignum.* Ubi vero in propositionibus conversis eundem servaveris sensum divisum, erunt omnino legitimæ; ex. gr. *aliqui, qui vident, fuerunt cæci, aliquis, qui est deportatus, fuit civis, &c. . . .* Ad exempla secundi generis spectat hæc, similisve propositio: *omnis usurarius est homo.* Hæc enim, cum versetur in materia necessaria, vera erit, nullo licet homine existente; (*vid. supra cap. 2. artic. 1. §. 9.*) quo casu tamen eadem conversa: *aliquis homo est usurarius, appa-*
 rebit

rebit falsa, cum jam sit in materia contingente. At falsa res est. Cum enim prior propositio habeat sensum conditionatum: *omnis usurarius est homo, si usurarius existit*, idem quoque sensus conditionatus retinendus est in posteriore, scilicet: *ergo aliquis homo est usurarius, si usurarius existit*: & sic utriusque propositioni, tam conversæ quam non conversæ, sua constabit veritas.

§. VII. Eædem fere observationes plerumque attendendæ in conversione propositionum modalium, in quibus etiam extrema dicti ad legum nostrarum præscripta legitime converti possunt, modo sollicitè custodiatur idem sensus. Interim & hoc loco nequaquam dissimulandum, conversiones propositionum modalium æque, ac compositarum partim esse inutilitatas, partim penitus inutiles, eo quod ex iis pleræque conversæ tantam obscuritatem præ se ferant, ut nec lynceis oculis pervideri queant. Quod ipsum etiam fecit, ut eas pari jure cum earundem æquipollentiis prudenti silentio, quam vana tractatione digniores censuerimus.



CAPVT III.

DE TERTIA MENTIS OPERATIO-
NE, SIVE DE RATIOCINATIONE.

Tertiam Intellectus nostri operatio-
nem, quæ Ratiocinatio dicitur,
nunc tandem aggredimur, intra
cujus sphæram justo ordine nos versatu-
ros arbitramur, si primum ejus naturam,
& species generatim contemplandas sume-
mus: deinde vero ejusdem speciei prin-
cipi, quæ syllogismos, tum simplices, tum
compositos complectitur, bipartitam tra-
ctationem speciatim consecrabimus: ac
denique, quia syllogismorum alii sunt per-
fecti, alii imperfecti: alii item legitimi,
alii illegitimi & captiosi: pro illis quidem
perficiendis sic dicta reductionum artificia
enucleata dabimus, pro his vero decli-
nandis vel solvendis præcipuos sophisma-
tum ac fallaciarum fontes detegemus.

ARTICVLVS I.

DE RATIOCINATIONE, EIVSQVE
SPECIEBVS GENERATIM.

§. I.

Ratiocinatio est actus Mentis, veritatem
aliam ex alia concludentis. * Duas

complectitur partes: quarum prior vocatur *antecedens*, posterior *consequens*. Utriusque connexio dici solet *consequentia*, quæ modo bona audit *vi formæ*, quoties nimirum consequens verum est propter antecedens: modo saltem bona *vi materiae*, quoties scilicet consequens quidem verum est, at non propter antecedens. **

* Hæc operatio omnium excellentissima est, nec homo ad illam, nisi pedetentim per reliquas, tanquam per gradus pertingit. Natura enim se fere habet ad Intellectum, sicut Ars ad discipulum, arithmetica imbuendum. Nam quemadmodum ille ante omnia discit pronuntiare numeros simplices per *numerationem*: numeros deinde binos inter se conferre per *additionem*, *subtractionem* &c. ac tandem per *regulam de tribus*, facta comparatione duorum cum uno tertio, quantitatem ignotam ex quantitate prius cognita elicere; ita plane Intellectus hominis, in hoc mundi theatrum prodeuntis, primum acquirit simplices rerum ideas ope *perceptionis*: deinde duas discit inter se comparare per *iudicium*: & denique, instituta comparatione duarum idearum cum una tertia, veritatem ignotam assuescit e veritate prius

prius cognita deducere, id quod fit per ratiocinationem.

** Huc etiam spectat regula: *Quoties dari potest argumentatio similis formæ, antecedente vero, & consequente falso, toties argumentatio, de qua quæritur, valere nequit vi formæ, sed saltem vi materiæ.* Exinde patet, quid ex. gr. statuendum sit de hac, similive consequentia: *Triangulum est figura: tribus ergo constat angulis?* Nempe non valet, nisi *vi materiæ.* Nam ecce argumentationem similis formæ, cujus antecedens est verum & consequens falsum: *Circulus est figura: ergo constat tribus angulis.*

§. II. Septem numerantur ratiocinationis species, videlicet *Inductio, Exemplum, Sorites, Dilemma, Epicheirema, Enthymema,* & qui inter illas principem sibi locum vendicat, *Syllogismus.*

§. III. *Inductio* est ratiocinatio, qua ex enumeratione singularium veritas universalis concluditur. Fundamentum ejus est: *Quidquid dicitur de singulis individuis, id quoque dicitur de eorum specie: & quidquid dicitur de eorum genere.* Legem habet unicam: ut nimirum adæ-

quata fit, ac perfecta partium enumeratio, nulla prætermiffa. *

* Exemplo inferviat inductio illa Astrologorum: *Sol hoc anno, illo anno, isto anno, aliisque omnibus ad hæc usque tempora vigefimam secundam Junii longiffimam, & vigefimam secundam Decembris breviffimam fecit diem: ergo semper 22. Junii totius anni longiffima, & 22. Decembris breviffima est dies.* Ex quo simul velim conjicias, & Astrologiam, & artes alias quamplurimas ope inductionis inventas esse.

IV. *Exemplum* est ratiocinatio, qua fit argumentum ab uno singulari ad aliud singulare propter similitudinem. Fundamentum hujus ratiocinii in eo consistit, quod similia eadem fit ratio. Unde etiam, ut rite concludat, paritas omnimoda requiritur, ea saltem ex parte, secundum quam fit comparatio. Nam si disparitas ostendi possit, solum est argumentum. *

* Sic ex. gr. recte concludit hoc exemplum: *David pœnitens misericordiam impetravit: ergo & nos pœnitentes impetrebimus.* Pessime contra istud: *David veniam impetravit, dum peccatum suum agnovit, dicens, peccavi: ergo & Saul impetravit*

petravit veniam, quia pariter agnovit peccatum suum & dixit, peccavi. Nam in primo paritas omnimoda supponitur: in altero latissima disparitas intercedit.

§. V. Sorites est ratiocinatio, quæ plures propositiones gradatim sic adornat, ut antecedentis propositionis attributum tandiu fiat subiectum subsequæ, donec subiectum primæ & prædicatum ultimæ constituent conclusionem. Fundamendum hujus ratiocinationis quærendum in illo axioma: quidquid dicitur de prædicato propositionis universalis, dicitur & de subiecto ejusdem. Lex autem illius prima est: ut vera sit ac perpetua connexio propositionum. * Secunda: ut idem servetur significatus terminorum. ** Tertia: ut meræ propositiones negativæ in soritem ne compingantur. ***

* Ex hac lege patet, ubi lateat vitium soritis pervulgati: *Qui bene bibit, bene dormit: qui bene dormit, non peccat: qui non peccat, salvatur: quisquis ergo bene bibit, salvatur.* Falsa nimirum est propositio prima; neque enim, qui bene bibit, bene dormit, sed bene dormiturus est. Quòd si verò prima pro-

propositione, veritati restitutâ, subsumptis: *qui bene dormiturus est, non peccat, falsa erit propositio secunda.*

** Lex altera detegit vitium soritis, quo joculari quondam amavit Themistocles: *Filius meus imperat matri: mater imperat mihi: ego Atheniensibus: Athenienses Græciæ: Græcia Europæ: Europa universo orbi: filius meus ergo imperat universo orbi.* Aliud enim est imperare parentibus, aliud imperare subditis.

*** Tertiæ legis exempla sunt obvia, ratio legis non item: quæ quidem in eo est fita, quod sorites nihil aliud sit, quam coacervatio plurium syllogismorum; syllogismus autem est fatuus, ubi meris constat propositionibus negativis, ut infra dicetur.

§. VI. *Dilemma* est ratiocinatio, quæ ex singulis membris propositionis disjunctivæ nova elicit consecutaria, & ex his conclusionem probandam. Fundamentum ejus partim est vis disjunctio- nis, partim veritas consequentiæ. Quare etiam, ut hic ratiocinandi modus recte se habeat, duæ leges observandæ: videlicet, ut 1.) consecutaria ex singulis membris fluant necessario: * & 2.) inter mem-

De Ratio
membra d
Hoc enim
vim omni

* Leges
hoc B
rem d
formen
su de
ergo s
non in
nistr
si ma
bonim
nistr
unum
nime

** Adv
lem
tatib
miser
ergo
quippe
nis men
cupidire
est Chri
restring
idem d

§. VII
uni vel un

membra disjuncta nullum detur medium.
Hoc enim si assignas, hujus argumenti
vim omnem elidis. **

* Legem primam violatam cernimus in
hoc Biantis dilemmate: *Quicumque uxorem ducit, aut formosam ducit, aut deformem: si formosam, habebit $\alpha\omega\mu\eta\nu$; si deformem, habebit $\pi\omega\mu\eta\nu$: quisquis ergo sapit, plane non ducet uxorem.* Nec non in illo altero: *Qui justitiam administrat, aut bene administrat, aut male: si male, offendit Deum; si bene, offendit homines: satius est ergo, plane non administrare justitiam.* Nam in utroque unum occurrit confectarium, quod minime necessario sequitur.

** Adversus legem alteram impingit dilemma sequens: *Vel homo servit cupiditatibus inordinatis, vel resistit: si servit, miser est; si resistit, non minus miser est: ergo omnis homo miser est.* Medium quippe datur inter gemina disjunctionis membra, videlicet homo, ab omni cupiditate inordinata immunis, qualis est Christus. Quod si igitur majorem restringas ad solos homines puros, idem dilemma concludet legitime.

§. VII. Syllogismi præmissarum
uni vel utrique sua si addatur probatio,
Epi-

Epicherema emergit: * alterutram syllogismi præmissam si omittis, prodit *Enthymema*. ** Ex quo pronum est con-
jicere, utramque hanc ratiocinationis spe-
ciem non peculiaribus, sed iisdem cum
syllogismo fundamentis ac regulis cen-
feri.

* Exemplum epicherematis: *Omnis spiri-
tus est immortalis, quia non constat par-
tibus, quarum dissolutione intereat: atqui
Mens humana est spiritus, quandoquidem
cogitat: ergo & Mens humana est im-
mortalis.*

** Exempla enthymematum: *Temperan-
tia est virtus: ergo amplectenda. Omne
vitium est fugiendum: ergo & otium.*
In primo reticetur propositio major,
in altero minor.

§. VIII. Superest septima ratioci-
nationis species, quæ vocatur *Syllogismus*.
Quoniam vero ille inter alias omnes fa-
cile species princeps est, atque ideo de
sua constitutione de suis speciebus, fun-
damentis, ac legibus tractationem paulo
uberiorem desiderat, eam in duos,
qui sequuntur, articulos digerendam
duximus.

ARTI-

ARTICVLVS II.

DE SYLLOGISMO IN GENERE, ET
SIMPLICI IN SPECIE.

§. I.

Syllogismus est ratiocinatio, qua Intellectus ex habitudine duarum idearum cum una tertia infert earundem idearum habitudinem inter se. * Alius *simplex* dicitur, qui nimirum simplicibus: alius *compositus*, qui compositis constat propositionibus. De simplici in præsentiarum, de composito articulo insequente nobis sermo erit.

* Sic ex. gr. qui ratiocinatur in hunc, similemve modum: *quidquid sentit, est animal: homo sentit: ergo homo est animal*, is syllogizari dicitur. Nam ex habitudine convenientiæ, quam habet *animal & homo cum principio sentiendi*, infert habitudinem convenientiæ inter *animal & hominem*.

§. II. Quemadmodum in quolibet syllogismo, mente concepto, tres ideæ interveniunt, ita quoque in omni syllogismo, verbis expresso, tres occurrunt termini. Et is quidem, de quo aliquid

quid quæritur, *minor*, vel etiam *minus extremum*: quod de eo quæritur, *major*, vel *maius extremum*: ille vero, quocum hi duo comparantur, *medius* adpellari solet. *

* Ita si ex. gr. scire velim, an *aër* sit *elasticus*, atque ideo has ideas comparem cum *nisu continuo se expandendi*, *aër* erit terminus *minor*, quia de eo aliquid quæritur: *elasticus* terminus *major*, quia hoc ipsum est; quod de *aëre* quæritur: *nisus continuus se expandendi* terminus *medius*, quia cum hac idea duæ reliquæ comparantur.

§. III. Porro sicut syllogismus mentalis tria iudicia involvit, ita vocalis totidem complectitur propositiones. Quarum illa, quæ ex *maiore extremo & medio* componitur, *major*: quæ ex *minore extremo & medio* conflatur, *minor*: quæ *duobus* constat *extremis*, *conclusio* adpellatur. *

* Sic ubi syllogismum construo ex terminis paulo ante propositis: *Quod habet nisum continuum se expandendi, est elasticum*: *aër habet nisum continuum se expandendi*: *aër ergo est elasticus*, prima pro-

De Syllog.
propo
fitem
§. I
ac propo
logismorum
namque est
in præmissi
dispositio in
nus medio
prædicatum
si bis occu
si bis locu
dicitur. *
conclusioni
modum
modum
* Exemp
est imm
Mens e
est imm
tate: erg
omni: §
spiritus e
est in bo
** Syllogi
modo d
conven
in mod

propositio est *major*, altera *minor*, po-
strema *conclusio*.

§. IV. Varia terminorum istorum,
ac propositionum dispositio varias dat syl-
logismorum *figuras & modos*. *Figura*
namque est certa *termini medi* dispositio
in *præmissis*: *modus* certa *extremorum*
dispositio in *conclusionem*. Unde, si termi-
nus medius est *subjectum majoris*, &
prædicatum minoris, syllogismus primæ:
si bis occupat locum *prædicati*, secundæ:
si bis locum *subjecti*, tertiæ figuræ esse
dicitur. * Et majus extremum, ubi in
conclusionem tenet locum *prædicati*, dat
modum *directum*: ubi locum *subjecti*,
modum *indirectum*. **

* *Exempla primæ figuræ: omnis spiritus
est immortalis: Mens est spiritus: ergo
Mens est immortalis. Secundæ: Mens
est immortalis: corpus non est immor-
tale: ergo Mens non est corpus. Tertiæ:
omnis spiritus est immortalis: aliquis
spiritus est in homine: ergo aliquid, quod
est in homine, est immortale.*

** Syllogismi, hucusque allati, sunt in
modo *directo*. Quodsi vero in illis
convertas *conclusionem*, degenerabunt
in *modos indirectos*.

§. V. Principia generalia, quibus syllogismorum vis omnis innitur, quam proximè accedunt ad fundamenta Arithmetices, & sequentia sunt axiomata: I. Quæ conveniunt in uno tertio, conveniunt etiam inter se. * II. Quæ discrepant in uno tertio, discrepant etiam inter se. ** III. Quæ affirmantur vel negantur de subjecto universaliter, eadem affirmantur vel negantur de singulis, quæ sub illo continentur. ***

* Primum principium relucet ad oculum in syllogismis affirmativis. Quòd si enim dicis: *Julianus fuit apostata: at qui Julianus fuit Imperator: ergo quidam Imperator fuit apostata*, idem est, ac si diceres: *apostata & Imperator conveniunt in uno tertio, scilicet Juliano: ergo etiam conveniunt inter se, hoc est, quidam Imperator fuit apostata. . . .* Cæterùm hic adverti meretur, hoc principium non esse exaudiendum, nisi de tertio *incommunicabili*, qualia sunt individua quæcunque creata. Unde jam facile patet, cur non ritè concludat syllogismus sequens: *Pater est Deus: Filius est Deus: ergo Filius est Pater.* Nempe, fide nos erudiente, scimus, naturam divinam esse tertium *communicabile*, id est,

est, tale, quod communicatur tribus personis distinctis.

** Principium alterum luculenter apparet in syllogismis negativis. Siquis enim ita ratiocinatur: *Nulla materia cogitat: atqui Mens cogitat: ergo Mens non est materia*, perinde est, ac si diceret: *Mens & materia* discrepant in illo tertio, quod illa cogitet, hæc non cogitet: ergo & discrepant inter se, id est, *Mens non est materia*. . . . Porro autem & hinc advertendum sedulò, aliud esse extrema discrepare *in uno tertio*, aliud discrepare *ab uno tertio*. Illud fit, ubi unum extremum *convenit* cum tertio, & alterum *discrepat* ab eodem tertio; hoc verò, ubi ab uno tertio *discrepat utrumque*. Verum hoc casu syllogismus est fatuus, & nec affirmativè concludit, nec negativè.

*** Tertium principium locum habet, ubi terminus medius est universalis. Sic rursus, ubi ex. gr. syllogizaris in hunc modum: *omnis figura clauditur lineis: quadratum est figura: ergo & quadratum clauditur lineis*, idem est, ac si diceres: de *omni figura* verum est dicere, quòd claudatur lineis: sed *quadratum* continetur sub figura: ergo & de *quadrato* verum erit dicere, quòd claudatur lineis.

§. VI. Leges syllogismorum, quæ ex datis principiis fundamentalibus collectæ sunt, passim numerantur septem. Prima est, ut *syllogismus tribus tantum constet terminis*. Fluit illa ex ipsa syllogismi simplicis natura ac indole, quæ in eo est sita, ut duo termini comparentur cum uno tertio. Cavendum igitur, ne quatuor termini in syllogismo assumantur, quod fit, quoties vel mutatur significatus termini medii, vel diversi propositionum sensus permiscetur. *

* Hinc fallunt syllogismi sequentes: *omnis leo rugit; sidus quoddam cæleste est leo: ergo sidus quoddam cæleste rugit. Homo est dissyllabum: Sempronius est homo: ergo Sempronius est dissyllabum*. Prior quidem ob rationem primam: posterior ob rationem alteram.

§. VII. Lex altera est: *ut terminus medius saltem in præmissarum alterutra sumatur universaliter*. Præterquam enim, quod hoc ipsum exigat principium tertium, seu, ut vocant, dictum de omni, & dictum de nullo: accedit etiam, quod, ubicunque medium bis ponitur *particulariter*. & modò pro hac, modò pro illa parte suorum inferiorum sumitur,

tur, profectò non sit *unum* medium, sed *duplex*. *

* Patebit hoc, cuicumque hunc vel similem syllogismum examinare libuerit: *Quadratum est figura: atqui etiam circulus est figura: ergo circulus est quadratum*. Nempe figura diversas complectitur species, cum quarum una comparatur quadratum, & circulus cum altera: adeoque ibi extrema non comparantur cum *uno* medio, sed cum *rebus omnino diversis*.

§. VIII. Lex tertia est: *ut termini non sumantur latius in conclusione, quam in præmissis*, vel, quod in idem recidit, *ut non major sit terminorum extensio in consequente, quam antecedente*. Cùm enim extrema non aliter conveniant vel discrepent inter se, quàm conveniant vel discrepent *in termino medio*; certe si *in illo* conveniant vel discrepent tantùm *particulariter*, non legitimè sequitur, ea convenire vel discrepare *inter se universaliter*. Atque hinc ortum trahit illud: *Præmissæ sunt mensura conclusionis*. *

* Huic, uti & præcedenti legi sequentes famulantur regulæ: *I. Subjectum sumitur universaliter in propositione universali, at non in particulari. II. Prædicatum sumitur universaliter in propositione negativa, at non in affirmativa*. Sic harum

ductu facile jam erit invenire vitia in his aut similis farinae syllogismis: *Omne animal sentit: omne animal est substantia: ergo omnis substantia sentit. Omne mutuum est contractus: depositum non est mutuum: ergo depositum non est contractus.* Scilicet in primo *substantia*, in altero *contractus* sumitur latius in conclusione, quam in præmissis,

§. IX. Lex quarta est: *Ex meris particularibus nihil sequitur.* Verùm, si fateri lubet, quod res est, non hæc est specialis regula, sed in aliis jam comprehensa. Quoties enim ambæ præmissæ sunt particulares, toties itidem syllogismus aut contra secundam legem impingit, aut certè contra tertiam. *

* Exemplo suo id comprobant syllogismi sequentes: *Quidam homines sunt sobrii: quidam homines sunt ebrii: ergo quidam ebrii sunt sobrii.* Figura quædam est *curvilinea: triangulum quoddam non est curvilineum: ergo triangulum quoddam non est figura.* Nam in priore terminus *medius* bis sumitur particulariter, in posteriore *figura* sumitur latius in conclusione, quam in præmissis.

§. X. Lex quinta est: *Ex meris negativis nihil concluditur.* Quoties enim ambæ

ambæ pr
non m
tertio, te
pio secun
quidquam
concl, qu
* Hinc si
simulac
materia
teria:
enim
ram e
§. X
minus me
Præterqu
ejusmodi
conclusion
lecterere
ura, quip
um, sed
conclusiones
* Recole
§. i. tra
bus em
§ XI
cet, concl
lorem. C
tus in eo

ambæ præmissæ sunt negativæ, toties non modò extrema non discrepant *in uno tertio*, sed *ab uno tertio*, refragante principio secundo (vid. schol. 2. §. 5.) sed etiam nil quidquam subsumitur sub termino medio, contrà, quàm præcipit dictum de nullo.*

* Hinc syllogismus non est, sed tantum simulacrum syllogismi, si dicis: *Nulla materia cogitat: nullus spiritus est materia: ergo nullus spiritus cogitat.* Nihil enim illud de syllogismo, nisi structuram externam participat.

§. XI. Lex sexta prohibet, *ne terminus medius ingrediatur conclusionem.* Præterquam enim, quòd syllogismus ejusmodi, cujus medium ingrederetur conclusionem, idem probaret per idem: desleeteret insuper ab ipsa syllogismi natura, quippe quæ non terminum medium, sed sola extrema patitur ingredi conclusionem. *

* Recole definitionem syllogismi, supra §. 1. traditam, & §§phis insequentibus enucleatam.

§. XII. Denique Lex septima docet, *conclusionem imitari præmissam debiliorem.* Cujus quidem legis vis atque usus in eo potissimum se exserit, ut, quo-

ties præmissarum una est *necessaria*, altera tantum *contingens*, una *actû* vera, altera *possibilis*, una *certa*, altera *probabilis*, toties & conclusionem in primo casu oporteat esse *contingentem*, in altero casu *possibilem*, in tertio *probabilem*. Neque etiam horum omnium ratio obscura est. Nam *connexio extremorum inter se*, quæ asseritur in conclusione, nequit esse fortior, quàm *connexio extremorum cum medio*, quæ asseritur in præmissis: atqui verò *connexio extremorum cum medio* ob vel unam præmissam debilem est simpliciter debilis, tum juxta illud: Bonum ex integra causa, malum ex quolibet defectu, tum etiam exemplo catenæ, quæ simpliciter fragilis audit, modò reliquos inter annulos ferreos unus sit stramineus: ergo & *connexio extremorum inter se*, seu, ut uno verbo dicamus, *conclusio* ob vel unam præmissam debilem est simpliciter debilis. *

* Unde & falsi & absoni sunt syllogismi:

- 1.) *Certum est, homines esse creaturas racionales: atqui probabile est, Lunam incolî ab hominibus: ergo certum est, Lunam incolî a creaturis rationalibus.*
- 2.) *Animæ humane sunt ratione prædita:*

ta: atqui possibile est, animas humanas inesse brutis per metempsychosin: ergo verum est actu, animas, ratione præditas, inesse brutis per metempsychosin. Nam in utriusque conclusione erratum est, quæ ad legis nostræ præceptum corrigenda, & præmissæ debiliori assimilanda.

§. XIII. Cæterùm regulis specialibus, & unicuique figuræ propriis supersedemus consultò. Nam, cùm in primis syllogismorum vitia ope regularum generalium longè faciliùs detegantur: deinde verò syllogismus contra regulam specialem peccare nequeat, quin simul adversus unam ex datis regulis generalibus delinquat; non mirum profectò, quòd illas entibus superfluis, quæ Natura & Ars horret, accensendas putemus.

ARTICVLVS III.

DE SYLLOGISMIS COMPOSITIS.

§. I.

EQuidem syllogismorum compositorum totidem sunt species, quot diversa propositionum genera suo loco enumeravimus: quoniam verò pleræque ad syl-

logismos simplices facili operâ reduci possunt, adeoque parum aut nihil difficultatis facessunt, maximè iis, qui harum propositionum naturam probè perspectam habent; hinc est, quòd missis aliis, solos syllogismos *conditionalem*, *disjunctivum* & *copulativum* singulari tractatione dignos judicavimus, quorum quippe & usus frequentior est, & modus concludendi paulò magis ab indole syllogismorum simplicium diversus.

§. II. Qualis porro sit syllogismus compositus, æstimamus ex *propositione* ejusdem *maiore*. Unde prout illa vel *conditionalis* est, vel *disjunctiva*, vel *copulativa*; ità quoque paribus nominibus insignire solemus syllogismum compositum, & vel *conditionalem*, vel *disjunctivum*, vel *copulativum* adpellamus.

§. III. Ad syllogismum *conditionalem*, ut rectè se habeat, requiritur, 1.) ut consequentia majoris sit vera 2.) Ut vel à positione *antecedentis* ad positionem *consequentis*: vel 3.) à remotione *consequentis* ad remotionem *antecedentis* concludatur. Prior modus concludendi vocatur

con ponens
paur autem
tionalis, ho
ficio ex dis
Hic enim au
folius modi
mores ut in
membris, ip
conditionem.

* Hinc re

Si Luna

splendore

ergo & p

nocent;

est verum

trà sunt

Magistro

prus: erg

medani e

atqui poss

3.) Si Cr

atqui prus

Primus eni

secundæ;

veratur.

** Exempla

ditantur pe

tandi dicit

to: si tra

catur *ponens*, posterior *tollens*. . . . * Excipitur autem syllogismus *disjunctivo-conditionalis*, hoc est, cujus major est propositio ex disjunctiva & conditionali mixta. Hic enim alterius omnino est indolis, & solius *modi tollentis* gnarus ac patiens, remota in minore omnibus disjunctionis membris, ipsam in conclusione removet conditionem. **

* Hinc rectè se habent ratiocinationes: 1.)

Si Luna quandoque luce destituitur, alieno splendore fulget: atqui verum est prius: ergo & posterius. 2.) *Si Deus punit innocentes, est iniustus: atqui posterius non est verum: ergo nec prius.* Pessimæ contra sunt: 1.) *Si Titius multos audit Magistros, est doctus: atqui verum est prius: ergo & posterius.* 2.) *Si Mahumedani essent Judæi, essent infideles: atqui posterius verum est: ergo & prius.* 3.) *Si Cajus est blasphemus, est peccator: atqui prius non est: ergo nec posterius.*

Primus enim syllogismus primæ, alter secundæ, tertius postremæ regulæ ad-versatur.

** Exemplum syllogismi *disjunctivo-conditionalis* præbent, qui brutis vim cogitandi abnegant, hoc utentes argumento: *si brutis inesset principium cogitans,*

vel

*vel id foret spirituale, vel materiale: at-
qui neutrum dici potest: ergo brutis non
inest principium cogitans.*

§. IV. Syllogismus disjunctivus ritè
concludit, si 1.) vera sit propositionis
majoris disjunctio (*vid. supra cap. 2. artic.
2. §. 3.*) hoc est, si membra disjuncta sic
opponantur, ut simul esse nequeant, at
alterutrum necessariò sit. Et si 2.) à *re-
motione* reliquorum membrorum proce-
datur ad *positionem* unius, vel *contrà*. *

* Hinc ritè concludunt argumentationes:
1.) *Interfectores Cæsaris aut parricidæ fue-
runt, aut defensores libertatis: at non
fuerunt parricidæ: ergo defensores liber-
tatis.* 2.) *Serviendum est Deo, aut mun-
do: at serviendum Deo: ergo non mundo.*
Contrà vi concludendi penitus destitu-
untur syllogismi: 1.) *Mevius in lite
succubuit ob iniquitatem vel causæ vel
Judicis: at non prius: ergo posterius.* 2.)
*Irus vel fuit dives, vel non fuit dives: at
non fuit dives: ergo fuit dives.* Prior enim
contra primam regulam peccat, quia in-
ter membra disjuncta datur *medium*: po-
sterior contra secundam, quia neutrum
membrum *removetur*, sed utrumque,
tam in subsumptione quàm in illatio-
ne, *ponitur*. . . . Cæterùm hoc loco
adhuc

adhuc
tionis
falte
do
Nempe
ex ceter
senaliter
et iniqu
causa,
non ob
ob iniqu
probati

§. V.
habet regul
quiritur, u
salis. 2.)
affirmet,
affirmet, n

* Sic ad no
gula: exa
vitoris:
Mammone
ne: ergo n
fibumis
serat Man
logomas p
lam, & h
gula: p
syllogism

adhuc quæri posset, si plura sint disjunctionis membra quàm duo, & unum saltem removeatur in minore, quomodo tali casu concludere oporteat? Nempe valet tunc illatio ad ponendum ex cæteris unum aliquod indeterminate, seu alternativè, ex gr. *Mevius succubuit vel ob iniquitatem Judicis, vel ob iniquitatem causæ, vel ob inopiam probationis: at non ob iniquitatem Judicis: ergo vel ob iniquitatem causæ, vel ob inopiam probationis.*

§. V. Syllogismus copulativus tres habet regulas præcipuas. Nam 1.) requiritur, ut major propositio sit *universalis*. 2.) Ut, si major *neget*, minor *affirmet*, vel 3.) vicè versâ, si major *affirmet*, *neget* minor. *

* Sic ad normam primæ & secundæ regulæ exactus est hic syllogismus Servatoris: *Nemo potest & Deo servire & Mammonæ: at avarus servit Mammonæ: ergo non servit Deo.* Ubi verò ita subsumis & infers: *at libidinosus non servit Mammonæ: ergo servit Deo*, syllogismus peccat contra secundam regulam, & fallit. . . . Ex præcepto regulæ primæ & tertiæ rectè se habet syllogismus iste: *Verum christianum oportet*

oportet Christi fidem profiteri & interius
& exterius: atqui hypocrita non profi-
tetur Christi fidem interius: ergo non
est verus christianus. Quòd si autem
concludis hoc modo: atqui beati mar-
tyres professi sunt Christi fidem & interius
& exterius: ergo fuerunt veri christiani,
syllogismus equidem, ut ut major & mi-
nor ejusdem sint qualitatis, est omnino
legitimus, non autem copulativus, qua-
tenus nimirum ille contradistinguitur
à syllogismo simplici, cum neque sic
habeat modum concludendi à syllo-
gismo simplici diversum, ut res ipsa
pensitanti loquitur.

ARTICVLVS IV.

DE SYLLOGISMORUM IMPER-
FECTORUM REDUCTIONIBUS.

§. I.

Syllogismorum, maximè simplicium,
alii dicuntur *perfecti*, alii *imperfecti*.
Perfecti, quorum consequentia simul &
legitima est, & primo statim intuitu evi-
dens. *Imperfecti*, quorum consequentia
pariter quidem est legitima, at propter
ordinem terminorum minùs naturalem
paulisper obscura. Ad *priores* perti-
nent,

nent, quicumque sunt in primâ figura & modo directo: reliqui ad unum omnes posterioribus adnumerantur.

§. II. Porro syllogismi perfecti pro diversa propositionum suarum quantitate & qualitate quatuor modis discrepare possunt. Quamobrem, ad juvandam tyronum memoriam, singulis modis singula, eaque essentialia imposuere nomina:

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, —

quorum tres syllabæ tribus respondent propositionibus syllogisticis, & singularum syllabarum vocales certam designant propositionum quantitatem & qualitatem. Nam vocalis *A* universalem affirmativam, *E* universalem negativam, *I* particularem affirmativam, *O* denique particularem negativam indigitat. *

* Sic ex. gr. sequens syllogismus est in modo perfecto, qui dicitur

Bar- omnis contractus requirit intellectum & voluntatem:

ba- omnis donatio est contractus: ergo

ra. omnis donatio requirit intellectum & voluntatem.

§. III.

§. III. Pari sensu de syllogismis imperfectis quindecim modos prodiderunt, singulos itidem singulis, quæ sequuntur, discretos, distinctosque nominibus:

Baralipton,
 Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisefo-
 morum:
 Cesare, Camestres, Festino, Baroco:
 Darapti,
 Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo,
 Ferison.

Ex his quinque priora ad primam figuram, modumque indirectum: quatuor intermedia ad secundam figuram: ac denique sex postrema ad tertiam figuram pertinent.

§. IV. His ita præmissis, facile nunc patet, ut syllogismi imperfecti emendentur, ac perficiantur, hoc opus esse, hanc artem, ut ad unum ex datis quatuor modis perfectis reduci possint. Quare hunc in finem duo adinvenierunt reducendi artificia, quorum alterum per *ostensionem*, alterum per *impossibile cognominarunt*: quibus & plerique addunt *reducti-*

De Syllogismis
 reductione
 positione

§. V.
 sibus ab
 gism, de
 dum investi
 opera, ubi
 ram inquir
 bula, hinc
 attenta sem
 & qualitate
 alter passus
 ad quem ta
 Hunc aut
 monstrat
 quippe qu
 tum, qu
 Denique his
 mus est,
 ipsam nunc
 quando per
 aliquando per
 fionis conser
 & utrumque
 ra, in singul
 nominibus

reductionem anomalam, quam per *expositionem* fieri dicunt.

§. V. Reductio *ostensiva* tribus passibus absolvitur. Primus est, ut syllogismi, de cujus reductione agitur, modum investiges: id quod facili præstabis opera, ubi omnium primo in ejus figuram inquisiveris; deinde vero sola vocabula, huic figuræ propria, perlustraris, attenda semper propositionum quantitate, & qualitate. Modo imperfecto sic reperto, alter passus est, ut & modum perfectum, ad quem facienda reductio, circumspicias. Hunc autem intento quasi digito demonstrat litera initialis modi imperfecti, quippe qui reducendus ad eum perfectum, qui ad eadem litera inchoatur. Denique his peractis, tertius ac postremus est, ut ad tentandam reductionem ipsam nunc procedas: quæ quidem aliquando per *transpositionem* præmissarum, aliquando per unius, alteriusve propositionis *conversionem* exequenda. Verum & utrumque illud certæ ostendunt literæ, in singulis modorum imperfectorum nominibus occurrentes. Nam consolans

I

M,

M, ubi deprehenditur, indicat, transponendas esse præmissas; at consonantes S & P denotant propositionem, quam respiciunt, esse convertendam. Atque S quidem postulat conversionem simplicem, hoc est, in qua retinetur eadem propositionis quantitas; P verò conversionem, quam vocant per accidens, efflagitat, sive talem, in qua propositionis convertendæ quantitas variatur. * Cæterùm & litera C suum sustinet officium; hæc enim in medio vocabuli posita, veluti in *Baroco* & *Bocardo*, significat syllogismum non per ostensionem, sed per impossibile saltem reduci posse.

* Itaque, si ex. gr. reducendus esset hic syllogismus: *omne corpus est extensum: atqui nullus spiritus est extensus: ergo nullus spiritus est corpus*, infestiga 1.) cujus figuræ sit? qua inventa, sola percurrere vocabula, secundæ, ad quam datus syllogismus spectat, figuræ propria, & facile animadvertes, eum esse in modo *Camestres*. Jam respice 2.) ad literam hujus modi initialem, quæ ostendit syllogismum tuum esse reducendum ad *Celarent*, cum & istius modi perfecti eadem sit litera initialis. Ac denique, his ita exploratis & comper-

tis,

tis, ad reductionem ipsam te accinge, & 3.) ex consonante *M*, quam deprehendis in *Camestres*, collige, transponendas esse præmissas; at ex consonante *S*. quæ bis ibidem & in secunda & in tertia syllaba occurrit, præterea statue, tam minorem, quam conclusionem esse convertendam simpliciter. Quæ omnia quamprimum effectui dederis, sequens emerget syllogismus perfectus in *Celarent*, cui syllogismum imperfectum, ut traditæ reductionis artificium oculorum quasi examini subijciamus, jungimus a latere.

Syllogismus reducendus.

Ca- *Omne corpus est extensum:*
mes- *Nullus spiritus est extensus:*
tres. *E. nullus spiritus est corpus.*

Syllogismus reductus.

Ce- *Nullum extensum est spiritus:*
la- *Omne corpus est extensum:*
rent. *E. nullum corpus est spiritus.*

§. VI. Reductio per impossibile est, qua ex contradictoria conclusionis, & una præmissarum infertur contradictoria alterius præmissæ. Hujus artificium ad duo sequentia redit capita, ut videlicet sciamus 1.) in cuius præmissæ locum

surroganda conclusionis contradictoria : & 2.) in quo modo perfecto inferenda sit conclusio. Quoad primum prodita sunt regulæ, singulis figuris propriæ, ac memoriæ gratia versiculis inclusæ. Pro prima figura: *Major sit minor, & sit contradictio major: Excipe Celantes, in quo convertitur ordo.* Pro secunda: *Servat majorem, variatque secunda minorem.* Pro tertia: *Tertia majorem variat, servatque minorem.* Quoad alterum observa praxin & facillimam & maxime expeditam: Videndum scilicet, quorsum pertineant præmissæ, quæ servatis regulis, modo traditis, consurgunt. Quodsi enim assumendo contradictoriam conclusionis loco unius præmissæ, & alteram retinendo, inveniantur duæ universales affirmativæ, adeoque duæ præmissæ pertinentes ad *Barbara*, conclusio pariter inferenda est in *Barbara*, & sic de reliquis. *

* Quodsi igitur syllogismum imperfectum, paulo ante propositum, per impossibile reducere lubeat, attende ad regulam, secundæ, ad quam spectat, figuræ propriam, & ex ejus præscripto majorem retine: *Omne corpus est extensum.* Deinde in locum minoris assu-
me

me contradictoriam conclusionis, quæ hæc est: *Quidam spiritus est corpus*. Ac denique, quia præmissæ sunt in *Darii*, in eodem modo conclude: *Ergo quidam spiritus est extensus*. . . . Sed quod demum sine hæc reductio est inventa? Ad convincendum videlicet eum, qui concessis præmissis syllogismi legitimi, at imperfecti, negat ejus consequentiam. Assumpta enim conclusionis contradictoria, in quam is negando conclusionem tacite consensit, retentaque præmissarum altera, quam concessit, cogitur admittere contradictoriam alterius præmissæ, quam tamen etiam concesserat: ut adeo signum manifestum sit, vel perperam antea negatam fuisse conclusionem, vel certe præmissam alteram male fuisse concessam.

§. VII. Reductio per *expositionem*, quam propterea, quod non aliarum more idem servet medium, irregularem diximus, præcipue tertiæ figuræ gratia est introducta. Artificium illius in hoc uno consistit, ut in locum medii *communis* substituatur medium *singulare*. * Quandoquidem vero in ejusmodi syllogismo, ut vocant, expositorio principium illud: quæ conveniunt in uno tertio, conveniunt inter

se, multo, quam in aliis, eluceat clarius; hinc est, quod & hanc syllogismos obscuriores emendandi, perficiendique methodum sua laude dignam, nec immerito, putarint.

* Sic ubi oblato ex. gr. hoc syllogismo de medio communi: *omnis homo est rationalis: omnis homo est animal: ergo aliquod animal est rationale*, in ejus locum substituis sequentem de medio singulari: *Socrates est rationalis: Socrates est animal: ergo aliquod animal est rationale*: reductio facta esse dicitur per expositionem.

ARTICULUS V. DE PARALOGISMIS ET SOPHISMATIS.

§. I.

Paralogismi & Sophismata in eo conveniunt, quod vel ex vero vel ex falso principio falsam inferant conclusionem; in hoc vero paulisper recedunt ab invicem, quod illi magis sub specie *demonstrationis*: hæc sub specie *probabilitatis* decipere videantur. *

* Paralogismus ergo dicenda est ratiocinatio sequens: *anima est in corpore: ergo*

ergo in loco: quod est in loco, id loco coextensum est: quod coextensum est, est extensum: anima ergo est extensa. Hæc enim sub specie demonstrationis ex principio falsissimo: quod, quæ in loco sunt, loco coextensa sint, falsam elicit conclusionem, quod anima sit extensa. Sophismatum exempla complura dabit decursus.

§. II. Paralogismi fere ejusdem sunt ordinis: sophismata contra, quæ & fallaciæ adpellantur, sunt in duplici classe. Vel enim in *dictione* latere dicuntur, vel in *rebus ipsis*. Illa quidem puerilia sunt, nec nisi stupidissimum quemque decipiunt; hæc vero paulo majorem probabilitatis colorem præ se ferunt, & hinc etiam adultiores, nisi consuetas Sophistarum * strophas facile subodorari didicerint, quandoque fatigant.

* Equidem σοφιστῶν titulo prorsus honorifico, olim dicebantur omnes, qui sapientiam profitebantur. Cum autem a tempore Socratis Sophistarum sapientia degenerasset in stultitiam, vel certe in arrogantem captiosis argumentis ludendi, decipiendique libidinem; evilescere tandem hoc nomen, & non

nisi pseudophilosophis dari cœpit. Ex quo & ejusmodi fallaciæ σοφισματος nomine passim venire solebant.

§. III. In dictione latet fallacia, quoties vel 1.) in simplici voce est *ambiguitas*, vel 2.) in tota phrasi *amphibologia*, vel 3.) *figura dictionis diversa*, vel 4.) *mutatur accentus*, vel 5.) *senius compositus & divisus* permiscetur. * Verum omnes istos fallendi modos ad vitium quatuor terminorum redire, patet.

* Exemplum primi modi dederunt Romani adversus Antiochum: *Qui promissit dimidium navium suarum, ejus naves dissecandæ sunt: promissit hoc Antiochus: ergo naves ejus dissecandæ sunt.* Exemplum secundi dederunt Turcæ contra suos captivos: *Qui dissecti sunt medii, eorum capita relicta sunt salva: captivi nostri dissecti sunt medii: ergo capita eorum relicta sunt salva.* Exemplum tertii reperitur in hoc argumento nugatorio: *Populus ex terra crescit: multitudo hominum est populus: ergo multitudo hominum ex terra crescit.* Exemplum quarti præbet, qui secundam vocabuli occidit producitur modo, & modo corripit in syllogismo sequente: *Qui occidit, vitam eripit: sol occidit: ergo sol vitam*

vitam
rit.
tel.
gilt.

§. IV.
fallacia
rem ducit.
culus. Pri
res quæst
Altera, q
simulat id
tia, quoci
quod perit
que est,
Quarta,
præmissis
clausione.

* Exemp
fit, bal
ma erg
an corn
ma non
bristi?
Cæsar
Cæsar
tu erg
legum
alum e

vitam eripit. Exemplum quinti suggerit, quisquis ita ratiocinatur: *Nemo potest vigilare simul & dormire: Titius vigilat: ergo non potest dormire.*

§. IV. In rebus ipsis consistit 1.) fallacia plurium interrogationum. 2.) Ignoratio elenchi. 3.) Petitio principii. 4.) Circulus. Prima committitur, quoties plures quæstiones in unam compinguntur. Altera, quoties quis nescit, vel se nescire simulat id, quod probandum est. Tertia, quoties demonstratur aliquid ex eo, quod perinde dubium, controversumque est, ac ipsa conclusio probanda. Quarta, quoties conclusio probatur ex præmissis, & præmissæ vicissim ex conclusione. *

* Exemplum primæ: *Quod quis non amisit, habet: cornua tu non amisisti: cornua ergo habes.* Quæstio enim alia est, an cornua habueris? alia, an ideo cornua non amiseris, quia nunquam habuisti? Exemplum secundæ: *Quidquid Christus prohibuit, intermittendum est: Christus prohibuit juramentum: juramentum ergo intermittendum est.* Nam qui legitimum quemque juramentorum usum e vita civili conatur proscribere,

is probare deberet, generalem illam divini Magistri prohibitionem ad ea quoque juramenta se extendere, quæ veritas, iudicium & iustitia comitatur. Exemplum tertiæ: *Animæ brutorum cogitant: animæ brutorum sunt materiales: ergo materiale quid potest cogitare.* Utrum enim animæ brutorum cogitent, vel, si cogitent, an in ea hypophesi sint materiales, nec ne, perinde in quæstione est, ac ipsa conclusio demonstranda. Exemplum quartæ daret, qui elasticitatem aëris ex nisu continuo se expandendi, & rursus hunc nisum ex ejusdem elasticitate colligeret. Contra qui nisum istum aliunde, ex indubiis puta experimentis physicis, evinceret, facile hunc circulum declinaret.

§. V. Ulterius in rebus sita esse dicitur 5.) *fallacia consequentis.* 6.) *Enumerationis imperfectæ.* 7.) *Accidentis pro natura.* 8.) *Non causæ, ut causæ.* 9.) *Dicti simpliciter & dicti secundum quid.* Quinta committitur, quoties consequentia verborum lusu coloratur ita, ut, etsi vera non sit, vera tamen incautis appareat. Sexta, quoties inter membra disjuncta datur medium. Septima, quoties id, quod fit per accidens, tribuitur naturæ


ture rei.
causa non
na denig
restricto
verla *

* Specimen
ma: Quo
oritur: e
sexta v
in scho
sequen
lutari in
circa fun
medicæ v
data er
octava
rum ra
aggressu
sinistre
fiana v
Romanar
colunitat
Quod for
dit Tertu
47. Spec
ea simili
cepiti lep
corum re
manu
bominem

turæ rei. Oçtava, quoties id, quod
causa non est, venditur pro causa. No-
na denique, quoties transitur a termino
restricto ad non restrictum, aut vice
versa. *

- * Specimen quintæ continet hoc Sophis-
ma: *Quod oritur, etiam moritur: Mens
oritur: ergo etiam moritur.* Specimen
sextæ vide supra cap. 3. artic. 3. §. 4.
in scholio. Specimen septimæ præbet
sequens syllogismus ineptus & Arti sa-
lutari injuriosus: *Cujus remedia sæpe no-
civa sunt, ars ea reprobanda est: artis
medicæ remedia sæpe nociva sunt: ars me-
dica ergo reprobanda est.* Specimen
oçtavæ occurrit in permultis ethnico-
rum ratiociniis, ex. gr. *Rem Princeps
aggressus est infausis avibus: rem idcirco
sinistre gessit.* Item: *Ex quo fides chri-
stiana viguit, mille calamitates orbem
Romanam oppresserunt: hæc fides ergo tot
calamitatum fons unus est ac origo.*
Quod sophisma eleganter solutum de-
dit Tertullianus in *Apologet. cap. 40. &
47.* Specimen nonæ reperitur in his
aut similis farinæ syllogismis: *Quem
cepisti leporem, manducasti: at leporem
vivum cepisti: ergo & leporem vivum
manducasti.* *Homo moritur: atqui ad
hominem anima quoque pertinet: ergo
anima*

anima quoque moritur. Nam in primo a dicto simpliciter ad dictum secundum quid: in altero a dicto secundum quid ad dictum simpliciter fit progressus.



P A R S II.

DE VERITATE, EJUS SPECIEBUS ET HARUM FONTIBUS AC FUNDAMENTIS.

Postquam naturam & vires Intellectus humani expendimus: singulis quoque ejusdem operationibus, ne illis abutendo & sibi & aliis imponat, suas leges ac regulas præscripsimus; alterum Philosophiæ rationalis officium postulare videtur, ut de Veritate, quæ proprium Intellectus bonum & finis est, doctrinas congruas expediamus. Aliud autem veritatis nomine venit Metaphysicis, Ethicis aliud, aliud Logicis. Illis verum dicitur, quidquid habet essentiam sibi convenientem: istis asserta nostra vera audiunt, quæ internis concordant animi sensis:

his

De
his denique
formis et
presertim
certa sit
cum vero
differere.

DE

Veritas
ferent
certa est, p
enim oppo
potest acc
potest, at
culo: vel et
non autem,
suis morib
te: si alteru
ralis certitud
Singulis gra
promanant;
bimus.

his denique vera est cogitatio, quæ conformis est suo objecto. Una veritas *logica* præsentis est loci: quæ cum porro vel *certa* sit vel *probabilis*; de illa primum, tum vero de *hac* nobis propositum est differere.

CAPVT I.

DE VERITATE CERTA.

Veritas certa in trifaria reperitur differentia. Alia quippe *metaphysice* certa est, *physice* alia, alia *moraliter*. Vel enim oppositum ne divinitus quidem potest accidere: vel divinitus quidem potest, at non sine interveniente miraculo: vel etiam citra miraculum quidem, non autem, nisi violatis hominum consuetis moribus. Si primum, *metaphysicæ*: si alterum, *physicæ*: si tertium, *moralis* certitudinis nomen veritas sortitur. Singulis gradibus suos fontes, unde promanant, distinctis articulis adsignabimus.

ARTICVLVS I.

DE PRIMO CERTITUDINIS
METAPHYSICAE FONTE, SEU
EVIDENTIA.

§. I.

Evidentia est clara habitudinis, quam
ideæ habent inter se, & quasi intuiti-
ua perceptio, ex vivida idearum pene-
tratione orta. *

* Sic qui habet distinctam ideam *totius*,
& distinctam ideam *partis*, ei non pot-
est non evidentissima esse propositio:
omne totum est majus sua parte.

§. II. Cum autem habitudo illa
aliquando primo quovis intuitu Mentis
oculo pateat: aliquando non aliter sit
liquidæ, quam ubi de ea legitime fuerim-
us convicti; consequens est, eviden-
tiam aliam esse *immediatam*, quæ ex solis
rerum ideis, rite penetratis, resultat:
aliam *mediatam*, quæ una, pluribusve
ideis intermediis, vel, ut uno verbo
dicamus, demonstratione acquiritur.
Unde & illa principiis convenit, hæc
conclusionibus demonstratis. *

* Sic

De primo m
* Sic in
avaru
petu
partit
ser q
et, pro
immedi
Nam et
evidens
tamen
nemini
locum.

§. III.
alia apparen
que de prv
nis evident
gheat, an
tur, an fa
pateat, nisi o
velis esse ma
characteribus
ta a spuria &
possit. Sed h
circa evidentia
mediatam.

§. IV.
dinotamus

* Sic in demonstratione sequente: *Qui avarus est, multa appetit: qui multa appetit, multis indiget: qui multis indiget, patitur invitus: qui patitur invitus, miser est: ergo, quisquis avarus est, miser est*, propositiones habent evidentiam *immediatam*, conclusio *mediatam*. Nam etsi forte illa non cuicumque sit evidens ante demonstrationem, ea tamen data, adeo est manifesta, ut nemini ullum relinquat dubitandi locum.

§. III. Porro evidentia alia *vera* est, alia *apparens*. Cum igitur, quotiescunque de principii cujusdam vel conclusionis evidentia quæritur, dubium moveri queat, an vera sit evidentia, quæ adstruitur, an falso talis esse putetur; facile patet, nisi omnem de evidentia doctrinam velis esse mancā & evanidam, opus esse characteribus, quorum ope evidentia vera a spuria & imaginaria tuto distingui possit. Sed hic aliter paulo incedendum circa evidentiam *immediatam*, aliter circa *mediatam*.

§. IV. De evidentia *immediata* tres adnotamus notas characteristicas præcipuas,

puas, quarum prima est, quod evidentia vera non cadat, nisi in ideas puras. Secunda, quod mentem dulci quadam violentia rapiat ad assensum, nec finat assentiri opposito. Tertia, quod nullam relinquat errandi formidinem, sed plenam dulcedinis securitatem de veritate quasi possessa. *

* Horum characterum ne umbram quidem offendes in evidentia *apparente*. Sic ex. gr. Atheus, quantumvis jactitet, evidentissimam sibi videri hanc propositionem: *Ens a se est impossibile*; quodsi tamen reluctantem audire conscientiam, & fateri voluerit, quod res est; pro necessitate illa voluntariam in judicando temeritatem, ac pro illa securitate vacillationes, atque ancipitem erroris metum se experiri profitebitur.

§. V. Evidentiam *mediatam* quod attinet, res eo redit, ut demonstratio, qua nititur, tam in materia quam in forma recte se habeat. Cum igitur demonstratio sit modus ratiocinandi, qui conclusionem cum evidenti quodam principio legitime connectit; prono alveo sequitur,

ex

De primo

ex parte
principii
evidentia
cinationem
accuratissimam* Quoties
nummum,
de cujus
progre
ad pri
vel an§. VI
sua cautela
suo effectu
hæc dem
Cautio qu
demonstrat
cessaria, h
non poni est
ut istius est
nem suspicac
causa. *** Hinc recte
a proce
pit: Lan
na hanc
Solem

ex parte materiæ quidem desiderari, ut principia, quæ assumuntur, vere sint evidentia: ex parte formæ vero, ut ratiocinationum leges, supra traditæ, quam accuratissime observentur. *

* Quoties itaque in demonstratione unum, alterumve principium occurrit, de cujus veritate dubitatur; eo usque progrediendum, donec ventum fuerit ad principium aliquod vel in se notum, vel antea demonstratum.

§. VI. Cæterum aut effectum ex sua causâ demonstramus, aut causam ex suo effectu. *Illâ demonstratio a priori: hæc demonstratio a posteriore dicitur.* Cautio quidem prioris est, ut, quæ in demonstrationem assumitur, sit causâ necessaria, hoc est, qua posita non possit non poni effectus; * posterioris autem, ut istius effectus, a quo demonstrationem auspicaris, non possint esse plures causæ. * *

* Hinc recte se habet hæc demonstratio a priori: *Corpus opacum lumen intercipit: Luna est corpus opacum: ergo & Luna lumen intercipit. Quoties igitur inter Solem & oculum nostrum Luna interponitur,*

nitur, lumen Solis intercipit & dat eclipsin solarem. Contra vero minus tuto concludit, qui sic ratiocinatur: *Qui lætus est, ridet: quisquis ergo non ridet, non est lætus.* Neque enim lætitia est causa necessaria risus, cum possit esse lætitia, quin risum excitet.

** Sic & rectissime procedit ista demonstratio a posteriore: *Eclipsis lunaris oritur ex umbra terræ, inter solem & lunam interpositæ: umbra illa est rotunda: ergo & corpus telluris, unde projicitur, est rotundum.* At ex ruina ædium ex gr. pessime colligeres, ventum vehementem fuisse, eo quod hujus ruinæ plures esse possint causæ.

§. VII. Ulterius demonstratio alia vocatur *directa*, alia *indirecta*. Illa est, de qua hæctenus: *hæc*, propositionem veram esse, inde ostendit, quia ex opposita vel falsum vel impossibile, vel absurdum sequitur. * Caterum in hoc demonstrandi genere id providendum sedulo, ut 1.) falsum ex propositione opposita fluat necessario: & 2.) propositio, ex qua falsum deducimus, vere sit conclusioni nostræ opposita. * *

* Firmissima profecto est hæc demonstrandi ratio, nec ipsis etiam Mathematicis

ticis inusitata. Cum enim duæ propositiones contradictoriæ simul falsæ esse nequeant: porro autem ex vera propositione, siquidem in forma non peccaveris, falsa conclusio deduci non possit; vera sane erit propositio, ex cujus opposita falsum deducitur. Quare ex. gr. *lunam esse corpus opacum*, recte inde demonstraveris, quia, *si esset corpus pellucidum, lumen solis transmitteret, & sic nulla unquam existeret eclipsis solaris. Quod cum teste experientia falsum sit, falsum etiam esse oportet, lunam esse corpus pellucidum. Est ergo corpus opacum.*

* * Hæc duo enim nisi observentur, vi concludendi destituitur, imo in calumniam abit demonstratio indirecta. Sic ex. gr. argumentum Judæorum, & Judaizantium: *Si leges veteris testamenti essent antiquatæ, sequeretur, eas minus provide fuisse dictatas a Deo: atqui hoc est absurdum: absurdum ergo etiam est, leges V. T. esse antiquatas: calumnia certe non caret, quia ex hac doctrina hæc consequentia non sequitur. Nec magis extra calumniam versaretur hæc ratiocinatio: Si leges V. T. abrogatæ essent, earum transgressio esset permixta: at decalogus est lex V. T. ergo & decalogi transgressio esset permixta. Atqui hoc est falsum: ergo & falsum est, leges V. T. esse abrogatas. Nam propositio:*

fitio: *leges V. T. sunt abrogatæ*, alteri illi: *leges V. T. hodie dum obligant*, non est opposita, cum prior leges positivas, posterior naturales pro objecto habeat: ut adeo vel calumniandi vel certe sophismatis ludendi animus palam sit.

§. VIII. His ita præstabilitis, *evidentiam*, tum *immediatam*, tum *mediatam*, primum certitudinis *metaphysicæ* fontem statuimus. Nec operosum est, rationes hujus rei accuratiores subducere. Quodsi enim Mens judicat ex *evidentia immediata*, id affirmat præcise, quod clare ac distincte videt in suis ideis, & proinde id ipsum, quod est in ideis; * sin vero judicat ex *evidentia mediata*, ejus judicium nititur demonstratione: demonstratio autem nititur principiis syllogisticis, supra recensitis. Atqui vero divina potentia nec potest efficere, ut idem simul sit in ideis & non sit: nec etiam, ut principia demonstrationis fallant: ergo, quotis Mens judicat ex *evidentia*, seu *immediata*, seu *mediata*, toties ne divinitus quidem accidere potest diversum ab eo, quod judicat. Utraque igitur *evidentia*

De primo a

dentia p
Q. E. D.* Quod
videtur

Certe e

quod

des, q

ante p

tur om

DE ALTE

PHYSICA

N

Non fol

sunt,

cipimus; v

ra nos ge

Quare cond

loci, recte

intimam ear

fam animaz n

tur. *

* Sic judic

& que

dentia parit certitudinem metaphysicam.
Q. E. D.

* Quid autem, si Mens delusa putet, se videre in ideis, quod reipsa non inest? Certe eo casu non judicabit ex evidentia; id quod a posteriori inde velim concludas, quod characteres, quos paulo ante prodidimus, deficient. Conferatur omnino *Log. Controv. Corollar. 15.*

ARTICVLVS II.

DE ALTERO CERTITUDINIS METAPHYSICÆ FONTE, SEU TESTIMONIO CONSCIENTIÆ.

§. I.

NON solum ea, quæ extra nos posita sunt, ope sensuum externorum percipimus; verum etiam eorum, quæ intra nos geruntur, nobis sumus conscii. Quare conscientiam, prout hujus est loci, recte definiveris experientiam intimam earum rerum, quæ intra ipsam animæ nostræ substantiam peraguntur. *

* Sic judicia: *cogito, volo, doleo, gaudeo,* & quæ sunt ejusmodi, conscientia, seu

conscientiæ testimonio niti dicuntur.

§. II. Quandoquidem igitur conscientia sit experientia *intima*, consequens est 1.) eam non testari de objectis extra nos positis, sed saltem de animæ nostræ modificationibus, seu affectionibus internis. Procul ergo extra spheram conscientiæ vagarentur illi, qui de existentia aut qualitatibus corporum externorum ex conscientiæ testimonio iudicium ferre præsumerent. *

* Optime rem hanc declarant iudicia somniantium. Nam, si quando somniantes putant, se percipere suavem symphoniam, duo tali casu iudicia distinguenda: alterum, quo iudicant, *se percipere sensationem suavissimam, qualem excitare solet symphonia*: alterum, quo iudicant, *extra se symphoniam existere, quæ hanc sensationem excitet*. Prius iudicium nititur testimonio conscientiæ, & verum est; posterius non item, eo quod respiciat objectum externum,

§. III. Quia deinde conscientiam testari diximus de modificationibus internis

De alter
 ternis an
 2.) ead
 de mod
 nobis, p
 tum, id
 saltem pro
 * Sic ex
 certo se
 ter jud
 dicitur
 §. IV
 dificationu
 de earund
 vertendur
 scientia de
 rum per
 esse, & i
 dem exist
 metaphysic
 rum cert
 esse. *
 * Hoc igit
 tionibus
 in nob
 finit
 confid
 &c.

ternis animæ nostræ; consequens est
2.) eam testimonium nullum perhibere
de modificationibus alienis. Unde quod
nobis, perhibente conscientia, est cer-
tum, idem sæpe alteri incertum est, vel
saltem probabile. *

* Sic ex. gr. *me gaudere*, ego quidem
certo scio; alter id non nisi probabili-
ter judicat ex gestibus meis, aliisve in-
diciis externis.

§. IV. Denique, cum vel de mo-
dificationum internarum *natura*, vel
de earundem *existentia* quæri possit; ad-
vertendum 3.) testimonium, quod con-
scientia de *natura* modificationum nostrarum
perhibet, plerumque & obscurum
esse, & incertum; at, quod de earun-
dem *existentia* præbet, hoc demum
metaphysice certum, ac proinde alte-
rum certitudinis *metaphysicæ* fontem
esse. *

* Huc igitur non spectant judicia de quæ-
stionibus: *Quid ex. gr. sint ideæ nostræ?*
an nobis innatæ, an acquisitæ? an di-
stinctæ ab anima, an indistinctæ? In quo
consistat dolor, in quo tristitia, lætitia?
&c. Sed quæstiones: *an cogites? an*
doleas?

doleas? an sis tristis? an lætus? &c. hujus sunt loci, & ad illud conscientiae testimonium pertinent, quod certitudinem *metaphysicam* generare asserimus.

§. V. Cæterum, assertionis nostræ demonstrationem eodem fere modo, quo de evidentia ratiocinari libuit, perteximus. Videlicet testimonium conscientiae est ipsa modificatio, in se reflexa; ex. gr. conscientia doloris est dolor ipse, animam nostram afficiens & conscientiam sui faciens: ergo, si esset testimonium conscientiae sine eo, de quo Mentem erudit, ex. gr. si esset conscientia doloris sine dolore, idem simul esset & non esset: ex. gr. esset dolor & non esset. Atqui verò ne divinitus quidem fieri potest, ut idem simul sit & non sit: ergo nec divinitus fieri potest, ut sit testimonium conscientiae sine eo, de quo Mentem erudit: ex. gr. ut sit conscientia doloris sine dolore. Quoties igitur Mens judicat ex testimonio conscientiae, toties ne divinitus quidem accidere potest diversum ab eo, quod judicat. Ergo & *testimonium conscientiae*, siquidem intra suam

De actu cert

siam sphæra
tationem me* Quæ
Lg. Cant

AR

DE FONTE
CÆ. SEU TVla, qua
fite, in
eidemque se
adpellatur,
gustus, &

§. II.

negotio qua
est actio corp
paris organa
monis ab org
transmissus ad
effectio Mentis
sequitur & fen
affectionis sive
ad certam parte
ad substantias
sentes.

suam sphæram se contineat, parit certitudinem *metaphysicam*. Q. E. D. *

* Quæ obmoveri possunt, soluta vide *Log. Controvers. Corollar. 16.*

ARTICVLVS III.

DE FONTE CERTITUDINIS PHYSICÆ, SEU TESTIMONIO SENSUM.

§. I.

Via, qua res corporeæ, extra nos positæ, in Mentem nostram subeunt, eidemque se quasi præsentem sistunt, *sensio* adpellatur, cuius quinque sunt species, *gustus, & olfactus, auditus, visio, tactus.*

§. II. Porro in universo sentiendi negotio quatuor concurrunt. Primum est actio corporis externi, in proprii corporis organa sensoria agentis. Alterum, motus ab organo sensorio nervorum ope transmissus ad cerebrum. Tertium, affectio Mentis, quæ hunc motum subsequitur & sensatio vocatur. Quartum, affectionis sive sensationis istius relatio tum ad certas partes corporis proprii, tum ad substantias corporeas, extra nos existentes. *

* Ex. gr. 1.) Aër, tremulo campanæ motu vibratus, impellit aures. 2.) Hic impulsus per nervum auditorium propagatur ad cerebrum. 3.) Hunc impulsum, ita propagatum, subsequitur illa sensatio, quam sonitum dicimus. Et denique 4.) hanc sensationem tum ad organum auditus, tum ad campanam, extra nos positam, referimus.

§. III. Hæc relatio consistit in iudicio naturali, quod duas involvit partes. Quoties enim post impressionem factam in organo sensoriis excitatur sensatio in Mente, toties illa iudicat 1.) se unitam esse substantiæ cuidam corporeæ: & 2.) alia existere corpora extra se, quæ per impressionem in organo proprii corporis factam, harum vel causa sint vel occasio sensationum. *

* Demonstratione hæc doctrina non eget. Quisquis enim proprium sensum intimum consuluerit, in unoquoque sentiendi actu gemina hæc iudicia intervenire animadvertet.

§. IV. Cum autem iudicium hoc relativum nobis non sit liberum, sed, ipsa

De forte ce
ipsa cessante
dam necessitate
tur, recte
tui naturalis
generalem, ad
ac propter cor
fraz inditam,
ferri. *

* Quemad
tio, par
gem, ce
instructio
um, par
bili nec
nec esse

§. V.
huius exist
cognitam,
eius quoque
capui quidam
fere modum
a circumstant
pressio facta
proprii corpo
tio in Mente
fuerit sensatio
cabit 1.) se

ipsa testante conscientia, ineluctabili quadam necessitate ad illud adigamur; sequitur, recte omnino id ipsum adscribi instinctui naturali: hujus causam vero ad legem generalem, ab Auctore naturæ positam, ac propter corporis unionem Menti nostræ inditam, fundatissima ratione referri. *

* Quemadmodum enim omnis obligatio, parendique necessitas supponit legem, ceu effectus suam causam; ita & instinctus iste naturalis, quo ad iudicium, paulo ante descriptum, ineluctabili necessitate adigimur, sine lege nec esse nec intelligi potest.

§. V. Quandoquidem igitur legis hujus existentiam ex ipso sensu intimo cognitam, compertamque habemus, ejus quoque tenorem, ut tyronum captui quidquam indulgeamus, in hunc fere modum liceat concipere: Quoties a circumstantibus aliis corporibus impressio facta fuerit in organo sensorio proprio corporis, toties excitabitur sensatio in Mente: quoties autem excitata fuerit sensatio in Mente, toties illa iudicabit I.) se esse unitam substantiæ cuiusdam

dam corporeæ: & 2.) alia existere corpora, quæ per impressionem in organis proprii corporis factam, hanc sensationem excitarint. Ex quo jam sua sponte patet sensus legis contrarius: videlicet, ubi ab aliis corporibus in proprio corpore impressio nulla facta fuerit, nulla quoque excitabitur sensatio in Mente, & Mens a duplici hac judicandi necessitate immunis esto.

§. VI. Ex his patet, in judiciis, quæ relationi sensuum tribuimus, Mentem divinitus falli non posse, quin eo ipso Auctor naturæ Deus legi huic naturali in casu quodam particulari deroget, hoc est, nisi faciat, ut perinde ad similia judicia relativa inclinemur, etsi nec corpus Menti unitum, nec corpora extranea, in hoc agentia, existerent. Cum autem porro miraculum nihil aliud sit, quam derogatio, legi naturali facta; inde jam ad propositum nostrum inferimus: quoties Mens judicat ex testimonio sensuum, toties sine interveniente miraculo accidere non posse diversum ab eo, quod judicat: adeoque *testimo-*

miuum

Di. Joste cer
num sensuum
cam. Q. E. I.

§. VII.
dine physica agi
reflexivum sen
est igitur, ut,
fit, determinen
a variis desid
veruntamen
am nominis
ditasque acco
sunt, sed ad
mus sufficienter

§. VIII.
1.) ut organ
tio. * 2.)
natum sensum
§) Ut medic
na recte se h

* Hinc, qu
perperam
ribus, dum

** Qualis est
los vel aur
aures detur
lant, ut o

num sensuum parere certitudinem *physicam*. Q. E. D.

§. VII. Cæterum, ubi de certitudine *physica* agitur, supponendum semper testimonium sensuum *legitimum*; superest igitur, ut, quando tale censendum sit, determinemus. Equidem hic variæ a variis desiderari solent conditiones; veruntamen, quas hæctenus a magni etiam nominis auctoribus observatas, proditasque accepimus, utiles illæ quidem sunt, sed ad certitudinem *physicam* minus sufficientes.

§. VIII. Ex harum numero sunt

- 1.) ut organa sensoria nullo laborent vitio. *
- 2.) Ut objectum sit proportionatum sensui, & in debita distantia. **
- 3.) Ut medium inter objectum & organa recte se habeat. ***

* Hinc, qui laborant morbo icterico, perperam judicant de objectorum coloribus, dum omnia ipsis videntur flava.

** Qualis esse debeat distantia inter oculos vel aures & objecta, ipsi oculi & aures determinant. Reliqui sensus postulant, ut objecta contingant organum.
Quod-

Quodsi vero contemplandæ sint res remotiores, tubi optici & telescopia: si minutiores, microscopia adhibenda.

*** Sic medium in visione debet esse lucidum, limpidum, non duplex. Neque enim ignotum, quam multa visionis ludibria detegat Optica.

§. IX. Neque vero gratis asserimus, demonstrandæ certitudini physicæ has condiciones minus sufficere. Cum enim testimonium sensuum, ut pariat certitudinem physicam, oporteat esse legitimum: ut autem legitimum sit, certum esse debeat, condiciones recensitas præsto esse; merito percontari licebit, quo igitur pacto simus certi de harum ipsarum conditionum præsentia? Sed hic profecto vel hærent illi, vel in circulum vitiosum incidunt, dicendo, physice itidem nos esse certos de illis conditionibus. *

* Quisquis enim ita philosophatur, quid, amabo, dicit aliud, quam, *has condiciones præsto esse, quia habemus de illis testimonium sensuum legitimum: porro autem nos habere de illis testimonium sensuum legitimum, quia præsto sunt hæ condiciones.* Quis circulus apertior?

§. X.

De juste ce
§. X.
omnino satis
quentes.
sit conditio ac
si fieri possit,
iterarum. *
consilium adhib
monium conse
sensibus suffrag
clamet. ***

* Sic defect
qui ceram
positam o
dicat, q
tiale, qu
veniat.
est conf
aliis circ
lido in fi
eriam om

** Defectu
los explor
tis tuo dist
tutus autem
cuoque, qu
so, falsi res
buen, faci
rectum ad
simul adhib

§. X. Itaque conditiones, quæ omnino satisfaciant, nos statuimus sequentes. 1.) Ut testimonium sensuum sit constans ac perpetuum, vel etiam, si fieri possit, sub diversis circumstantiis iterarum. * 2.) Ut sensus plures in consilium adhibeantur, & in idem testimonium consentiant. * * 3.) Ut Ratio sensibus suffragetur, aut saltem non reclamet. * * *

* Sic defectu primæ conditionis fallitur, qui *ceram* Soli, aut calori cuicumque expositam offendit *mollem*, atque inde iudicat, *mollitiem* esse attributum essentialia, quod *cerae* semper & ubique conveniat. Neque enim hoc testimonium est constans ac perpetuum, verum in aliis circumstantiis, ubi *cera* ex loco calido in frigidum translata fuerit, alia etiam omnia testabuntur sensus.

* * Defectu secundæ conditionis, qui solos exploratores *oculos* adhibet, non satis tuto distinguet *sacharum* & *alumen*, tutius autem illa distinguet *gustu*. Ita quoque, qui de baculo, aquis immerso, solis renuntiantibus *oculis* fidem habuerit, facile decipietur, & baculum rectum iudicabit esse curvum; at *tactu*, simul adhibito, errorem præcavebit.

*** De-

*** Defectu tertiæ conditionis fallimur in judiciis de magnitudine Solis ac stellarum. Cum enim immensa propemodum sit horum objectorum distantia; judiciis illis refragatur Ratio, quæ non obscurè innuit, majorem esse debere Solis, stellarumque magnitudinem, quam quidem appareat.

§. XI. Cæterum conditionum istarum præsentia nobis innotescit per *sensuum intimum*. Utrum enim Ratio suffragetur sensuum testimonio: utrum duorum vel plurium sensuum relationes in nobis experiamur: utrum & easdem experiamur perpetuo ac in diversis circumstantiis, quæstiones sunt de internis affectionibus animæ nostræ, adeoque ad spheram ac testimonium *conscientiæ* pertinent. *

* Itaque circulus, de quo supra §. 9. doctrinam nostram non pariter implicat. Quamvis enim *conscientia* testari nequeat de objectis externis, imo nec de organis sensoriiis proprii corporis, an extent revera, nec ne; tamen ex *sensu intimo* indubie constat, nos percipere objectum aliquod perinde, ac si mediante oculo, mediante tactu &c. illius cognitio in Mentem nostram transmittetur;

De fonte
teretur; &
meminim
id quoc
nostras
ser. Log. Co

ART
DE FONTE
MORALIS

H Omnes et
cumque
fiat reciproca
sensuum in
legitima con
eos quoque
similis ingen

* Cum enim
amoris ac
rumque sim
cietatem a
non temere
miles ab ea
tunt.

§. II. Cum
foci nati

teretur; & ita nunc transmitti, sicut meminimus, fuisse olim transmissam; id quod omnino sufficit, ut conditiones nostras adesse, rite constare queat. Confer. *Log. Controv. Corollar. 17.*

ARTICVLVS IV.

DE FONTE CERTITUDINIS MORALIS, SEU TESTIMONIO HOMINUM.

§. I.

Homines existere, physice certum est: cumque nos inter & illos per voces fiat reciproca quaedam cogitationum ac sensuum interiorum societas; non sine legitima concludendi ratione colligimus, eos quoque similis nobiscum naturæ esse, similis ingenii ac indolis. *

* Cum enim societatis vinculum amor sit: amoris autem conciliatrix ingenii, morumque similitudo; certe, qui ad societatem a Natura ordinati sunt, eos non temere & ingenio & moribus similes ab eadem fictos, factosque statuimus.

§. II. Cum igitur alii homines, utpote socii nostri, similis nobiscum naturæ
L
sint

sint atque ingenii: in nobis autem sensu intimo percipiamus innatam quandam veri dicendi obligationem & inclinationem; recte profecto, ex nobis ipsis de aliis judicantes, concludimus, veracitatem, hoc est, interna sensa simplici candore depromendi ac manifestandi studium, ad congenitam hominum indolem, & communes mores pertinere. *

* Nec sane huic conclusioni officere potest, quod homines non raro aut verum reticeant, aut suggerant falsum. Quemadmodum enim cives illi, qui præscriptam sibi vivendi normam deserunt, non eo ipso legem ipsam tollunt; ita quoque homines, qui in casu quodam particulari mendacitatem pro veracitate adoptant, non continuo ipsam æquitatem naturalem, & veri dicendi obligationem, unde communes hi mores pululant, evertunt.

§. III. Atque ex his jam sua veluti sponte consequitur, quod in præsentiarum maxime in quæstione est: videlicet, cum propositio moraliter certa sit, cujus oppositum accidere nequit, nisi violatis hominum consuetis moribus: homines porro falsum elogium edicere non possunt,

De sinte
sint, quin
contraveni
lent, du
quin
dinam

§. IV.
hominum,
dici mereat
atque, ut
munitum.
fidem habe
rerumque p
da, ut nullam
odio, spe,
nem nos
certo, con

* Condit
les, tum
standi m
nii defum
de probab

§. V.
tiones istz
ita quoque te
quæ ab eo pen
habet gradus

sint, quin eo ipso inclinationi naturali contraveniant, moresque consuetos violent, dubium plane nullum superesse, quin *testimonium hominum* pariat certitudinem *moraalem*. Q. E. D.

§. IV. Caterum & testimonium hominum, ut fons certitudinis moralis dici mereatur, oportet esse legitimum, atque, ut tale sit, certis conditionibus munitum. *Prima* est, ut homines, quibus fidem habemus, sint probi, prudentes, rerumque periti, de quibus agitur. *Secunda*, ut nullam judicentur habere ab amore, odio, spe, metu, aliisque affectibus rationem nos decipiendi. *Tertia*, ut rem certo, constanterque asseverent. *

* Conditiones plures, magisque speciales, tum a persona testantis, tum à testandi modo, tum ab objecto testimonii desumptas, recensimus infra, ubi de probabilitate historica agendum.

§. V. Quemadmodum vero conditiones istæ suam habent latitudinem; ita quoque testimonium hominum, & quæ ab eo pendet, certitudo moralis suos habet gradus: quos, ne infiniti simus,

in *summum*, *infimum* & *medium* dividimus.

§. VI. *Summus* gradus est, quoties positis conditionibus, modo designatis, omnes fere omnium locorum, temporum ac nationum homines in unum, idemque testimonium consentiunt. *Infimus*, quoties pauci admodum, & quibus quidem prædictæ conditiones non tam certo conveniunt, testimonium perhibent. *Medius*, quoties & plures, & quibus etiam requisitas inesse conditiones non ex vano præsumitur, constans edicunt elogium. *

* Verum & singulos hosce gradus suam rursus habere latitudinem, gradusque posteriores, nemo est, qui non intelligit. Res enim tota quanta pendet partim a numero testantium, partim ab eorundem qualitatibus; atqui vero tam qualitatem, quam numerum gradus admittere, constat.

§. VII. Porro, cum non minus prodigiosum foret, si vere omnes omnium locorum, temporum ac nationum homines, in idem testimonium conspirantes, nos fallerent, quam si sensus nostri,

rite

De font
rite applicari
testimonium
num illu
certitudin

* Aque hinc
nos habere
na Romæ
Cæsar, et
Apostolo
stere ob
bentur.
ut ut æ
dicenda
directe

§. VI
repugnat
ribus, ut h
prudentes a
vel nos dat
monium h
certitudinem
levem saltem

§. IX.
nium hominum
judicium, in
quidem citra

rite applicati, perpetuo nobis exhiberent testimonium falsum; hinc est, quod *summum* illum certitudinis moralis *gradum* certitudini physicae æquiparemus.*

* Atque hinc profecto non minus infanus haberetur, qui dubitaret de existentia Romæ, de victoriis Alexandri & Cæsaris, de existentia Christi, ejusque Apostolorum, quam qui dubitaret existere objecta, quæ ipsi per sensus exhibentur. Interim tamen certitudo illa, ut ut æquipolleat physicae, non *physica* dicenda, sed *moralis*, quia primario ac directo nititur hominum *moribus*.

§. VIII. Contra vero, quia non repugnat communibus hominum moribus, ut homines pauci, nec ita probi, prudentes ac periti, vel decipiantur ipsi, vel nos data opera decipiant; ideo testimonium hominum *infimi gradus* non tam certitudinem parere asserimus, quam levem saltem opinionem.

§. IX. Et denique, cum testimonium hominum *medii gradus* sit motivum judicandi, ita comparatum, ut fallere quidem citra prodigium possit, non autem,

tem, nisi violatis hominum consuetis moribus; ex hoc demum certitudinem illam manare palam est, quæ in specie *moralis* dicitur.

§. X. Tandem adhuc unum restat, quod moneamus: videlicet ea, quæ de hominum testimonio hucusque differuimus, tum demum valere atque idoneum præstare usum, si *nuda facti* in quæstionem veniant. * Ubi enim quæstiones *rationis* incidunt, ibi profecto, etsi non plane nullius sit momenti plurimorum hominum auctoritas, longe tamen minor est, quam in factis: nec cœcum continuo aliorum meretur assensum, sed propriæ rationis, quam cuique largitus est auctor naturæ Deus, opus est meditatione, censura & crisi. * *

* Porro quæstiones *facti* vocamus, ubi, an homines aliquid *viderint*, *audiverint*, alioue *sensu* perceperint, quæritur. Contra quæstiones *rationis* dicimus, quarum decisio pendet a *ratiocinatione*, & hinc iudicii vim aliquam atque attentionem desiderat. Unde, si ex. gr. quæstio sit: utrum cometa *extiterit*, idoneum

De fide e
neum erit
nium. A
natura
fit illa,
folia
aromus?
alienis auct
in consilium
** Cum eni
gua fit vis
immunita
animi sig
munem
fiquis, ne
rum opin
esse possi
inde a
pulorum
at rece
sunt, ve
esse circut
ejus gen
constan
ioribus ne
dubium.

DE VERI

Hypothesis
pro ver

neum erit hac de re hominum testimonium. At ubi disquisitio fieret de *causa*, *natura* vel *effectu* cometæ: utrum ex. gr. sit stella, itatis temporibus recurrere solita? utrum malorum futurorum prodromus? &c. non cæca fides tribuenda alienis auctoritatibus, sed ratio propria in consilium adhibenda.

** Cum enim in multis hominibus exigua sit vis iudicii, rara attentio, rarior immunitas a præjudiciis; certe abjecti animi signum, quin & summum communem errorem errandi periculum est, si quis, non ponderatis argumentis, aliorum opinionibus accedit. Documento esse possunt errores non pauci, qui jam inde a multis sæculis omnium fere populorum homines habuerant patronos, at recentioribus temporibus detecti sunt, veluti *non dari antipodes, nullam esse circulationem sanguinis*, & quæ sunt ejus generis plura, quæ nobis certo constant, sed vel negata fuerunt a majoribus nostris, vel saltem vocata in dubium.

CAPVT II.

DE VERITATE PROBABILI.

Hypothesis est propositio, quam ideo pro vera assumimus, quia, ubi de

statu rei veritas certa haberi nequit, saltem ad statum rei verosimilem indagandum præ cæteris omnibus est idonea. Cum igitur veritas *probabilis* sit, quæ hypothesei tanquam fundamento nititur: hypotheses autem quatuor maxime sint generum; sequitur, recte quoque veritatem *probabilem* ad quatuor classes revocari. Aut enim 1.) pro hypothesei assumimus *verosimilem auctoris mentem ac intentionem*, aut 2.) *testis cuiusdam auctoritatem*, aut 3.) *naturalia inclinationum signa, & eventus actionum magis solennes*, aut denique 4.) *commodissimam effectuum ex causa aliqua explicationem*. Quæ prima hypothesei nititur, *probabilitas hermeneutica*: quæ secunda, *historica*: quæ tertia, *politica*: quæ quarta, *physica* appellatur. Itaque quatuor ista probabilitatum genera quatuor dabunt hujus capituli articulos.

ARTICVLVS I.
DE PROBABILITATE HERME-
NEUTICA.

§. I.

Hermeneutica est ars, sensum Auctoris obscurum ac dubium probabilitate

De Pro
ter interpre
fundament
que ad
intentionem
habuisse
affert.

§. II.
hermeneutica
mitem eucto
autem illa
nimirum,
mum, tum
accuratius

§. III.
prima, qu
tandi regul
tionis. Cu
denisque in
nobis ideam
git: hoc aute
si efferat voc
est 1.) veri
sensu proprio
scilicet, nulla

* Hinc ex
rationum

ter interpretandi. Hujus probabilitatis fundamentum est: *Ut interpretatio quæque ad verosimilem auctoris mentem atque intentionem accedit proxime; ita & probabilissime verum ejusdem sensum censetur affecta.*

§. II. Cum itaque interpretatio hermeneutica nitatur *signis*, quæ verosimilem auctoris mentem indicent: signa autem illa duorum sint generum, *verba* nimirum, & *conjecturæ*; de illis primum, tum vero de *his* agendum nobis accuratius.

§. III. Verba igitur quod attinet, prima, quæ ab his desumitur, interpretandi regula consistit in *proprietae significationis*. Cum enim ea sit loquentis, scribentisque intentio, ut verba eandem in nobis ideam excitent, quam illis ipse jungit: hoc autem sperare nequeat, rem nisi efferat vocabulis propriis; consequens est 1.) *verba tandiu accipienda esse in sensu proprio & nativo, quamdiu inde discedere, nulla urget necessitas.* *

* Hinc ex. gr. si quis aliquem dixerit *tyrannum* vel *barbarum*, male per tyrannum

num intelligeres *Regem*, aut per barbarum eum, qui *Græcus non sit*. Nam verba, quamdiu possunt, accipienda sunt in sensu proprio. Eadem probabilitatis ratione niti videtur regula, quam inculcat AUGUSTINUS: *Scripturam sacram tam diu exponendam esse ad sensum literalem, donec sensum figuratum, allegoricum, vel mysticum nec levis nec obscura imperet necessitas, veluti impossibile vel absurdum.*

§. IV. Cum vero usum loquendi sæpe cum ipso tempore variari constet, quippe quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi: quisquis autem vel scribit vel loquitur, usum sibi coævum secutus censeatur; consequens est 2.) verba esse interpretanda secundum *usum loquendi ejus temporis, quo prodierunt.* *

* Exemplo rursus esse possunt vocabula *tyrannus, sophista, barbarus, & similia*, quæ aliud denotant, si usum *veterem*, aliud, si usum *modernum* spectes. Itaque, ubi interpretatione opus est, attendendus usus ejus temporis, quo vel prolata fuere, vel literis consignata.

§. V. Cum deinde vocabula technica determinatum ab arte vel scientia significata-

scorum habet
nus vocabu
tionis gnara
fuisse prazim
artium vocabu
inter artis illu
*) **)

* Sic ex. g.
Catholicu
initum, t
liani di
fuisse, m
Campari
tuisse a
ex. gr. su
quid ex
tur.

** Cum au
rem artis
sua veluti
ubi eundem
tum. Sic Ja
pro heretic
tonico ven
lis latinis,
cum crepid
scientis ut
affinat pro

ficatum habeant: is porro, qui id genus vocabula adhibuit, & hujus significationis gnarus, & eadem quoque usus fuisse præsumatur; consequens est 3.) *artium vocabula esse intelligenda ex sensu, inter artis illius peritos usitato ac recepto.* *) **)

* Sic ex. gr. ubi inter Ferdinandum Catholicum & Regem Galliae fœdus initum, atque huic in Regni Neapolitani divisione Campania assignata fuisset, mota quæstio, quid nomine *Campaniæ* veniat, optime decidi potuisset a Geographis. Ita & quid rei ex. gr. sit *classis*, optime ex navarchis: quid *exercitus*, ex Duce bellico discitur.

** Cum autem regula præsumat, auctorem artis terminos habuisse perspectos; sua veluti sponte sequitur exceptio, ubi eundem constat, artis fuisse imperitum. Sic Jacobus Bœhmius, quem alii pro hæretico, alii pro philosopho Teutonico venditant, sæpe utitur vocabulis latinis, ut *essentia*, *qualitas* &c. sed eum crepidæ tractandæ magis, quam scientiis assuetus fuisset, sensum illis affinxit pro lubitu.

§. VI. Cum autem diversa sint diversarum sectarum principia, varii item scribentium fines & affectus: unusquisque autem censeatur, eum vocibus simplicibus indidisse significatum, totisque phrasibus eum tribuisse sensum, qui cum secta, cui addictus est, & cum fine, quem sibi in scribendo præfixit, magis convenit; consequens est 4.) verba & propositiones secundum auctoris *statum, sectam, hypotheses, affectum & finem* esse interpretandas. *

* Ita immortalitatem animæ aliud significare *Pythagoreis & Platonicis*, aliud *Stoicis*, aliud *Christianis*, tum ex fidei nostræ, tum ex sectarum istarum principiis constat. *Illis* denotat Deitatis quandam particulam, corporibus illapsam, &, postquam per varia corpora circumacta ac veluti purgata fuerit, ad Deum redeuntem. Confer. *ALCINOI libellus de doctrina Platonica. Istis* indicat Deum ipsum, corporibus permixtum, atque in diversis diverso modo operantem. *LACTANT. Instit. Divin. VII. 3.* Contra nobis est spiritus, a Deo creatus, ac propterea, quod partibus non constet, a dissolutione & corruptione immunis. Atque hæc

De Prob
hæc fing
systemat
illa an
explicand
quam Ca
mendat
addictus fi
sectæ pri
ducatur aff
bendo fine
tum ex hi
rum præ

§. VII.
si interpretem
quod vel inc
gua; ad
quarum ali
varius fonte
conjunctis, est
e, ratione, v
antur. *

* Hæc GRO
cap. 16. vo
Sic ex gr. fi
sua in orbe
antem fruct
dem nomin
ctura, quod

hæc singulorum dictorum cum toto systemate comparatio & concordia est illa *analogia fidei*, quam Theologi in explicandis libris sacris: *analogia juris*, quam Jcti in interpretandis legibus commendant. . . . Porro autem, cui sectæ addictus sit auctor? quæ sint hujus sectæ principia & systemata? quo ducatur affectu ille, quemque in scribendo finem sibi præfixerit, id verum ex historia literaria, tum ex auctorum præfationibus discendum.

§. VII. Tantum de verbis. Quæ si interpretem sua ope destituant, eo quod vel incognita sint, vel nimis ambigua; ad conjuncturas recurrendum, quarum aliæ se sponte insinuant, aliæ ex variis fontibus, veluti *substrata materia, conjunctis, effectu, absurdo, contradictione, ratione*, vel denique æquitate reperiuntur. *

* Has GROTIUS de J. B. & P. lib. 2. cap. 16. vocat *ex scripto & sententia*. Sic ex. gr. si Titio legavi 1000. & 100. sint in orbe Titii, mihi ignoti, unus autem frater meus vel familiaris ejusdem nominis, facile se suggerit conjectura, quod huic legare voluerim.

§. VIII. Cum enim materia sit objectum, de quo verba facimus: nemo autem præsumatur verba fundere, ab hoc objecto aliena; consequens est 1.) verba & asserta ad eum sensum interpretanda esse, quem exigit *substrata materia*. *

* Ex. gr. Pacti sunt hostes inducias ad 30. dies. Alter interdiu abstinet ab omni cæde: sed noctu hostes incautos opprimit, castella intercipit, pagos exspoliat & incendit. Quæritur, *naturales* dies intelligendi sint, an *civiles* 24. horarum? Et sane, quia agitur de induciis: induciæ autem nullæ essent, nisi & noctu liceret ab armis quiescere; ipsa materia substrata interpretans est, ac pro diebus *civilibus* pronuntiat. Ita & eadem substrata materia efficit, ut voces modo *laxius*, modo *strictius* accipiendæ. Sic *heres*, ubi de allodialibus in jure civili sermo est, accipitur *laxius*, eoque vocabulo & masculi & feminae, descendentes, ascendentes & collaterales denotantur. Sed ubi de feudalibus agitur, *strictior* obtinet significatio. Nec enim feminae sunt heredes feudales, nec ex masculis agnatis omnes, sed qui a primo acquirente descendunt.

§. IX.

§. IX.
 tendat aucto
 suarum &
 inepte quare
 regule, talis
 mittitur a ju
 qualis esse per
 consequens est
 tum significat
 verba subjecto
 care, & hinc
 esse rationem

* Ita facile
 Samsonem
 plane d
 ubi Sol
 & ex p
 Bebe mot
 est comm
 jectura,
 hippopotam

§. X.
 cepe in antec
 rator predic
 bus sit quere
 antecedentia &
 ere, nec unqu

§. IX. Cum & hoc sine dubio intendat auctor, ut subjecta propositionum suarum & prædicata in se invicem non inepte quadrent: & vel inde collectæ sint regulæ, talia esse subjecta, qualia esse permittuntur a suis prædicatis, talia prædicata, qualia esse permittuntur a suis subjectis; consequens est 2.) ipsum sæpe prædicatum significationem subjecti, aut vice versa subjectum notionem prædicati indicare, & hinc *conjunctorum* habendam esse rationem. *

* Ita facile patet, ubi ex gr. *leonem* a Samsone discerptum legimus, aliud plane denotari *leonis* vocabulo, quam ubi Sol in *leonem* intrasse dicitur. Sic & ex prædicatis, quæ *Leviathan* & *Bebemotbo* tribuuntur a Jobo, non vana est commentatorum quorundam conjectura, per illum *crocodilum*, per hunc *hippopotamum* indigitari.

§. X. Cum vero subjecti notio sæpe in antecedentibus præeat, & accuratior prædicati expositio in subsequenti- bus sit quærenda; consequens est 3.) *antecedentia* & *consequentia* conferre oportere, nec unquam *textum* extra *contextum*, nisi

nisi auctorem quodammodo a se ipso dividere, & sensum in dissensum facto proprio distorquere velis, esse considerandum. *

* Hinc tantopere monere solent Canonum interpretes, ut partem eorum *narrativam*, quæ casum refert, & *dispositivam*, quæ decisionem continet, una semper, eademque opera inspiciamus, ne hanc ad factum, a mente Pontificis alienum, quod secus facientibus facile accidit, applicemus. Ob eandem causam in jurium civilium interpretatione magnam utilitatem adfert notitia emblematicæ Tribonianæ, sive textuum, qui ex veteribus JCris desumpti sunt, sed ab hoc compilatore abrupti ac interpolati.

§. XI. Cum & non raro fiat, ut rem eandem proponat auctor diversis locis: quamque attingit alibi incidenter & quasi per transfennam, eam alibi tractet ex instituto, adeoque enucleatius & liberalius; consequens est 4.) ad assequendam auctoris mentem, indeque eruendum sensum juvare plurimum, si *loca*, ut vocamus, *parallela* consulantur. *

* Origi-

Di. Pro
* Origine
rum,
JCris loc
sumpta,
ex hoc
loca in
ano hanc
rao f. r. d.
paris, nec
in Cod.
multis,
stravit.
dem reg
tissimum
gr. quan
dicitur:
id facil
allelo:
Sancto.

§. XII
manz, quat
sibus bon
inscipiantur:
vel data opera
despectum sui
nihilumque d
tasse centem
dubio eum

* Originem hinc trahit consilium Jctorum, ut unius, ejusdemque veteris Jcti loca parallela, ex eodem libro desumpta, diligenter conferamus, cum ex horum collatione lucem sæpe capiat locus in se obscurissimus. Videri omnino hanc in rem meretur JAC. GOTHOFREDI *commentarius in regulas juris*, nec non ejusdem *commentationes in Cod. Theodos.* ubi hanc doctrinam multis, iisque utilissimis exemplis illustravit. Quin & in exegesi sacra eadem regula usum præstat & frequentissimum & saluberrimum. Sic ex gr. quando in S. Scriptura uno loco dicitur: *Baptizabit vos Christus igne*, id facile explicabitur ex altero parallelo: *Baptizabit vos Christus Spiritu Sancto.*

§. XII. Cum porro actiones humanæ, quatenus contradistinguuntur ab *actibus hominis*, certo fine & consilio suscipiantur: nemo itaque (nisi quam vel data opera jocatum, vel sana mente dejectum fuisse, constat) in cassum, nihilumque dixisse quidquam vel scriptitasse censeatur; consequens est 5.) in dubio eum sensum eligere oportere,

M

qui

qui ita comparatus, *ut res aliquem effectum sortiatur*; * contra vero eam interpretationem esse rejiciendam, *qua posita sequitur, nihil actum esse.* *

* Et hæc regula cum in aliis Scientiis, tum in Jurisprudencia civili usum frequentissimum exserit. Sic, ut ex sexcentis exemplis unum proferamus in medium, rectissime LAUTERBACHIUS *Colleg. Theoret. lib. 4. tit. 6. §. 19.* ubi incidit in quæstionem, utrum præscriptio rescindi possit ex causa ignorantia, & sententiæ neganti accedit, argumentatur ex hac regula, quia sententia opposita leges præscriptionum saluberrimas omni destitueret effectu. Imo & in jure Gentium, veluti in pactorum, fœderumque interpretationibus non infrequens est ejusdem regulæ applicatio. Sic, ubi Attila præfidiariis promississet, se sanguinem in urbe non fusurum; dedititios vero cremasset partim, partim defodisset vivos, & hoc modo sanguinem in urbe non profusum esse, nugaretur in re seria; nemo non intelligit, eam interpretationem, quia effectu caret, a mente stipulantium prorsus alienam, & hinc ipso gentium jure damnandam fuisse.

§. XIII.

De Pro
§. XII
præsumatur
lus: &
eam a scrip
tentiam, qu
vel intrat; c
bio prætere
omni absurdo

* Ita præ
& ejus
furdo
fecante
exceptio
injuria
quorum
bentur
contra
tatibus
nes ab
habentur
29. 22

§. XIV
tumre dece
eorum, qu
ac præter
dicere; con
fir concilia

§. XIII. Cum etiam unusquisque præsumatur bonus, donec probetur malus: & hinc verosimile non videatur, eam a scriptore sanæ mentis intendi sententiam, quæ absurdum vel contineat, vel inferat; consequens est 6.) eum in dubio præferendum esse sentum, qui ab omni absurdo recedit quam longissime. *

* Ita præceptum: *Qui sanguinem fundit, & ejus sanguis fundetur*, non sine absurdo traheres ad chirurgum, venam secantem. Interim binas hæc regula exceptiones patitur: alteram in delictis injuriarum, scriptisque famosis, in quorum pœnam absurda tam diu habentur pro absurdis, donec probetur contrarium: alteram in ultimis voluntatibus, in quarum favorem conditiones absurdæ, impossibiles & perplexæ habentur pro non adjectis. *L. 1. 14. 20. 22. ff. de condit. instit.*

§. XIV. Cum & multo minus præsumere deceat, auctorem sui ipsius, & eorum, quæ dixit, immemorem esse, ac præter suam intentionem sibi contradicere; consequens est 7.) si ulla supersit conciliandi ratio, *haud temere adstruen-*

dos esse *sensus contradictorios*: nisi vel conjecturæ contrariæ hanc præsumptionem superent, * vel plane auctor sententiam suam de consilio & industria emendaverit. **

* Tales sunt 1.) si scripta, leges, pacta, testamenta, quæ sibi contradicere videntur, sint *diversorum temporum*. Possunt enim homines & principia & voluntatem suam mutare. 2.) Si scriptores *meditationi non sint assueti*. Hos enim sibi quandoque contradicere, minime paradoxum est. Sic non raræ sunt contradictiones in Talmude, in scriptis fanaticorum &c. 3.) Si scriptum *ex variis libris diversorum auctorum sit compilatum*, ut Corpus juris. Unde decidi potest quæstio: an in jure sint antinomix? WISSENBACHIUS eas ubique sectatur; STRAUCHIUS quidquid potius concedendum putat, quam quod dentur antinomix. Sed neuter recte. Equidem non facile præsumendæ antinomix, sed potius apta quæque conciliatio est privilegiata, cum eam ipse præcipiat JUSTINIANUS L. 1. §. 8. & L. 2. §. 15. Cod. de vet. jur. enucl. At nec nullas dari suspicandum, cum Corpus juris ex libris diversorum auctorum a diversis personis compilatum sit.

** Hu-

** Hujus
tati n
vetra
ribus o
qui sine
viti libi
emendare
rum quot
sta, sive
quat, ce
salem,
pander
dicand

§. XV
ubi de leg
agitur, no
sedes. C
& pacta
ordinata: p
i, media q
hulle cen
& pacifcenti
cium certus
mini ratione:
immerito du
* Cavendo
fundam
raro,
aliam

** Hujus rei insigne exemplum posteritati reliquit AUGUSTINUS in *suis libris retractationum*. Quem & ex recentioribus cordatiores non pauci secuti sunt, qui sententiam, de cujus opposito convicti sibi videbantur, curis secundis emendare non erubuerunt. . . . Cæterum quoties de contradictione manifesta, sive consulta sive inconsulta, liquet, cessat interpretandi officium, & saltem, utra sententia anteferenda, ponderatis utriusque argumentis, dijudicandum.

§. XV. Præterea *ratio*, præsertim ubi de legibus & pactis interpretandis agitur, non postrema est conjecturarum sedes. Cum enim ratio sit finis, leges & pacta sint media, ad hunc finem ordinata: porro autem, qui finem voluit, media quoque, fini consentanea, voluisse censeatur; sane de legesferentium & paciscentium voluntate non erit iudicium certius, quam *ex legis latæ vel pacti initi ratione*: quæ & ideo legis anima non immerito dicitur JCtis. *

* Cavendum autem, ne *ratio* legis confundatur cum *prætextu*. Fit enim non raro, ut legislatores aut paciscentes aliam rationem præ se ferant, aliam tegant,

tegant, in scrinio pectoris reconditam.

§. XVI. Cum itaque ratio legis aliquando verbis latior sit, aliquando verbis angustior, aliquando verba legis & ratio pari passu ambulent; consequens est 8.) primo casu interpretationi *extensivæ*: * altero *restrictivæ*: ** tertio *declarativæ* locum esse. ***

* Hujus regulæ sedes cardinalis est in *L. 12 ff. de LL.* Unde & JCrī collegere axioma: *Ubi eadem ratio, ibi eadem juris dispositio.* Sic ex. gr. Athenis lex erat, patrem testari non posse invito liberis. Pyrrhus filia invita non testamentum condiderat, sed adoptaverat: unde quæstio orta: an in legem inciderit? idque recte affirmat Iſæus, quia Legislatoris ratio fuit prohibere, ne liberi injuste exheredes essent. Plura exempla sunt in *L. 16. ff. de sponsal. L. 30. de negot. gest. Cap. 2. v. sicut autem. X. de translat. Episc.* Cæterum exceptionem regulæ faciunt privilegia, quippe quæ ad exemplum non trahuntur per *L. 1. §. 2. ff. de constit. Princ.*

** Hujus interpretationis exemplum vide in *L. 6. §. 2. ff. de Jure Patronatus.*

*** In.

*** Interpretationis istius exemplis pleni sunt omnes libri, ubicunque nimirum, citra extensionem ac restrictionem, sola vocabulorum technicorum notio explanatur.

§. XVII. Cum etiam Legislatores ac paciscentes non aliis rationibus, quam æquitati consentaneis duci præsumantur: Leges autem & pacta, nisi restringerentur, sæpe ab æquo ad iniquum deflecterent; consequens est 9.) legem, pactumque generale non raro, ipsa suaudente æquitate, restringi oportere. *

* Hinc etiam æquitas recte dicitur virtus correctrix ejus, in quo Lex propter universalitatem deficit. GROTIUS de æquitate cap. 1. §. 3. Fundamenta hujus correctionis sunt *recta ratio, virtus, benignitas, humanitas*, quarum genuinæ notiones ex philosophia morali repetendæ.

§. XVIII. Quia vero æquitas etiam cerebrina datur, quoties nimirum nubem pro Junone, id est, stupiditatem pro recta ratione, vitium pro virtute, nimiam indulgentiam & conniventiam pro benignitate & humanitate amplecteris;

consequens est 10.) tum demum restrictionem vera æquitate niti, ubi, si verbis inhærendum esset, vel 1.) *aliquid contra naturalia, divinaque præcepta fieret, * vel 2.) aliquid nimis grave atque intolerabile sequeretur. ***

* Ex. gr. Lex jubet reddere depositum. At si furioso gladium redderem, dum alterius neci inhiat, fieret aliquid contra legem divinam. Ergo non reddendus.

** Ex. gr. Conductor in se recepit casus fortuitos. Aedes terræ motu corruunt, fruges a locustis depascuntur: quorum casuum præstatio cum nimis gravis & fere intolerabilis videatur, non censetur de his insolitis cogitasse.

§. XIX. Cum porro objecta, circa quæ versantur leges & pacta, vel *odiosa* sint vel *favorabilia*: æquitas autem ipsa in partem benigniorem nos propensiores esse jubeat; vulgatas inde deduxere regulas: *odiosa esse restringenda* & *favorabilia extendenda*. Quia vero definitiones accuratæ odiosorum & favorabilium dari nequeunt, cum sint ideæ relativæ, quæque

uno

De Pr
mo respectu
sint favorabilia
sunt hæc re
gulam, ab
gamus

* Sic dos
odiosa
odiosa
respectu
to, est
est odiosa
THOM
PLA CO
divina
destru

§. Y
media quæ
quens est
sunt cessat,

* Diximus
ceps ten
tionem
cellam
legem p
cella p
altero
licit,
rimum

uno respectu odiosa sunt, alio respectu
sunt favorabilia; * certe nec concludentes
sunt hæ regulæ, nec necessariæ, modo re-
gulam, ab æquitate petitam, rite intelli-
gamus.

* Sic dos est favorabilis respectu *Generi*:
odiosa respectu *Soceri*. Pænæ sunt
odiosæ respectu *damnati*; favorabiles
respectu *Reipublicæ*. *Heredes mei habento*,
est favorabile: *heredes mei solvunto*,
est odiosum &c. Conferatur dissertatio
THOMASII CONTRA VINCENTIUM
PLACCIUM edita, & Jurisprudentiæ
divinæ inserta, ubi has regulas penitus
destruxit.

§. XX. Cum deinde cessante fine,
media quoque cessare oporteat; conse-
quens est II.) *ubi ratio legis in univer-
sum cessat, ipsam quoque cessare legem.* *

* Diximus: *in universam*. Ita si Prin-
ceps tempore belli prohiberet exporta-
tionem rei frumentariæ, facile pater,
cessante bello, cessare quoque hanc
legem prohibentem. At ubi ratio legis
cessat particulariter, id est, uno saltem,
alterove casu, Lex non continuo exo-
lescit, quia fertur de eo, quod utplu-
rimum in rebus humanis contingit.

L. 3. Et seqq. ff. de LL. Hinc ex. gr. quamvis una, alterave scemina minime ad intercedendum sit prona; non magis tamen illa ex sua intercessione obligabitur, quam aliæ fidejudentes ejusdem sexus.

§. XXI. Cum autem Legislatores in abrogandis, mutandisque juribus, semel constitutis, minime faciles esse soleant: & hinc eorum, quæ vel antiquare volunt vel corrigere, expressam facere mentionem consueverint; consequens est 12.) legem novam generalem, anterioribus specialibus contrariam, *strictè esse interpretandam*, hoc est, ita, ut non temere ultra casus expressos extendatur. *

* Fluxerunt inde nota brocardica: *Lex correctoria est strictæ interpretationis. Non censendum plus correctum, quam expressum.* Inter alia multa exemplum est in *Novell. 115. cap. 5. junct. §. final. Institut. & L. 30. Cod. de. inoffic.*

§. XXII. Tandem superest, ut & de interpretatione mystica, qua mysteria, verbis abscondita, eruimus, pauca mone-

De Pro
moneamus.
bendi gen
ta, que no
neat; hinc
constare opo
quodpiam
interdum. *

* Hinc van
ceni in
OVIDI
ret, nisi
um aliq
cultetur.

§. X
um vel by
vel prophet
mus 2.)
sem suscipia
ste oportet
quod cortice

* Sic ex. gr
ANI Grg
sunt m
Prophet
Physica
chymia

moneamus. Cum enim mysticum scribendi genus ad exotica, minusque usitata, quæ non facile præsumuntur, pertineat; hinc inferimus 1.) ante omnia constare oportere, *utrum auctor arcani quidpiam suo scribendi genere exprimere intenderit.* *

* Hinc vanæ sunt disputationes, quid arcani in HOMERI iliade & odissea, in OVIDII libris metamorphoseon latitet, nisi prius constet, utrum mysterium aliquod sub istis poëmatibus occultetur.

§. XXIII. Cum deinde mysterium vel *historicum* esse possit, vel *morale*, vel *propheticum*, vel *physicum*; * inferimus 2.) ne vanum interpretandi laborem suscipias, & illud prævie liquidum esse oportere, *cujus generis sit mysterium*, quod cortice verborum obtegatur. *

* Sic ex. gr. BARCLAI *Argenis*, FIRMIANI *Gyges gallus & Somnia sapientum* sistunt *mysteria historica & moralia*. *Prophetica* complura offert S. Scriptura. *Physica* denique præbent, qui de Alchymia sub ænigmatibus scripsere.

§. XXIV.

§. XXIV. Cum denique nihil a scriptore mystico dictum, scriptumque censeatur, quod non in mysterium, verbis occultatum, quadret; inferimus 3.) qui duabus, quas diximus, quaestionibus, praevie exploratis & cognitis, mysterium divinavit, *quod verbis, assertisque omnibus ad apicem, per applicationem minime contortam congruit*, eum demum sensum auctoris mysticum probabiliter affectum videri. *

* Sicut enim eam hypothefin physicam, in qua phaenomena aliqua, sed non omnia commode explicantur, non multum a fictione distare, dicemus infra; ita & mysterium, quod literae partim concordat, partim discordat, vel certe, ut concordare videatur, non sine violentia flectitur, atque inflectitur, nequam iis, quae probabiliter vera sunt, sed potius fingentis, ludentisque ingenii partibus accensendum putamus. Et hinc interpretationes mysticae ad leves saltem conjecturas, quin & inanes ingenii lusus redeunt saepius, quam credas: ut adeo, siquem alium, profecto temerarium hunc ejusmodi interpretationes venandi pruritus solicite intra rationis limites cohibere oporteat.

ARTICVLVS II.

DE PROBABILITATE HISTORICA:

§. I.

HYpothesis, cui probabilitas historica innititur, est *narrantis auctoritas*. Unde deducimus regulam: *Quod verum esse testatur homo fide dignus, id probabiliter verum est.* *

* Ita credimus *Livio*, quæ de ortu *Urbis*, gentisque *Romanæ*: *Iosepho*, quæ de excidio *Hierosolymæ*, gentisque *Judæicæ*: *Famiano Strada*, quæ de bello *Belgico* refert. At nemo prudens fidem habebit iis, quæ sic dicti *Romanenses* narrant, elegantiores illi *fabularum architecti*.

§. II. Cum itaque probabilitas historica pro hypothesi habeat *auctoritatem*: auctoritas porro nitatur testimonio hominis *fide digni*: fide dignus autem is demum censeatur, a quo omnis tam *consulto*, quam *inconsulto* decipiendi suspicio quam longissime abesse præsumitur; ulterius inde tamquam generale fidei *humanæ* principium elicimus: *Quo magis certi*

certi sumus, auctorem nec voluisse nec potuisse nos decipere, eo majore eundem fide dignum putandum esse.

§. III. Porro autem, an quis vel destinate consilio *voluerit*, vel præter suam intentionem *potuerit* decipere, partim ex *persona* & *qualitate narrantis*, partim ex ipsa *re narrata*, partim etiam ex *narrandi modo* æstimandum: ut adeo regulæ de probabilitate historica & gradibus fidei humanæ rectissime in tres classes digeri posse videantur.

§. IV. Itaque ad primam classem referimus regulas, a *scientia*, *integritate*, & *numero* testium desumptas. Cum enim testis deceptus, ipse quoque citra suum propositum decipere possit: adeoque tanto pluris faciendum sit cujusque testimonium, quanto certiores rei, de qua testatur, scientiam ipse habuisse præsumitur; consequens est 1.) testes *coævus recentioribus & non coævis*: * 2.) *præsentibus & oculatos absentibus & auribus*: ** ac denique 3.) eos, qui *scientiæ suæ rationes reddunt*, illis, qui *non reddunt*, omnino esse antefereandos. ***

* Cum

* Cum er
nihil a
narran
dam o
præter
oblivio
par, p
si aut pe
voce, au
ad nos

** Præter
huc p
am iis
quæ ad
requir
gr. int
liorum
prodic
mus,
interfue
ac pecc
habuer

*** Cum
tionibus
tem vel
est, his
ritate m
tionibus
adorand

* Cum enim, experientia teste, facilius nihil accidat, quam ut a singulis fere narratibus quædam adjiciantur, quædam omittantur, quædam alterentur: præterea quoque lapsus ipsæ temporis oblivione non pauca obliteret; facile patet, probabilitati multum decedere, si aut per plures testes narratio viva voce, aut per longum tempus, donec ad nos perveniat, propagetur.

** Præter illam præsentiam multum adhuc probabilitatem auget, si testis etiam iis animi dotibus, aliisque subsidiis, quæ ad factum accurate observandum requiruntur, fuerit instructus. Sic ex. gr. inter alios, qui vel historias conciliorum, vel in sanctionibus pacis acta prodidere, merito primas illis deferimus, qui non tantum istis conventibus interfuerunt, sed & rationes status, ac paciscentium arcana paulo magis habuerunt explorata.

*** Cum enim ex datis scientiæ suæ rationibus appareant causæ, probabilitatem vel augentes vel minuents; palam est, has qui reddunt, melius de posteritate mereri, quam qui solam sine rationibus auctoritatem suam posteris adorandam relinquunt. Cæterum scientiæ

entiæ propriæ rationes reddi possunt vel testes alios, omni exceptione majores, evocando, vel rem certis, indubiisque documentis confirmando.

§. V. Cum deinde propria auctoris *scientia*, cujus ope verum narrare possit, rem nondum absolvat, sed & vel maxime opus sit, ut, quod verum esse novit, fideli candore referre velit: & hinc accuratissime etiam examinanda sit illius *integritas*; consequens est 4.) testes *notos ignotis & anonymis*: * 5.) eos, qui *neutrarum partium sunt*, illis, qui in *unam partem magis propendent*: ** 6.) *juratos & publicos privatis & non juratis* longe esse potiores. ***

* Nam etsi quandoque auctores eo fine, ut tanto cordatius calamum pro rei veritate stringere audeant, audiri malint, quam videri, aut, si non latere penitus, saltem non aliter, quam personati comparere velint; quia tamen regulariter, quidquid lucem fugit, suspectum est; ideo nec omnem sublestæ fidei suspicionem effugiunt auctores *anonymi & larvati*. Horum ex numero ex. gr. sunt *Hyppolitus a Lapide, Monzambanus, & sexcenti alii*.

** Sic

** Sic ex
in hilt
in h
quam
Porro
rea, ag
vel ex n
ferre,
quid met
ipla, si
ipsum ad
negaver
que di
impossi
leteant
ubi tar
que v
fortun
rens:
lumqu
quid n
bus qui
utrisque
junctæ
illis com
hujus rei
terea an
lucos, qu
probe n
*** Perfo
ipla off

** Sic ex. gr. vacillat fides eorum, qui in historia ecclesiastica plus *affectui*: in historia Imperii *Aulae suae* plus, quam veritati litasse dignoscuntur. Porro autem *studium partium* ut appareat, inquirendum 1.) utrum auctor vel ex narratione falsa *boni quidpiam sperare*, vel ex vera narratione *mali quid metuere* potuerit. 2.) An & re ipsa, si quid tale fuit, *animum ad id ipsum adverterit*. Equidem nemo facile negaverit, hæc duo exploratu plerumque difficilia, nonnunquam prorsus impossibilia esse, cum circumstantiæ lateant, ex quibus talia colligantur; ubi tamen notaveris, bonum, malumque vel animi esse, vel corporis, vel fortunæ, idque vel verum, vel apparens: item bonum sperari posse, malumque metui vel a personis, quibus quid narratur, vel a personis, de quibus quid narratur, vel a personis, quæ utrisque certa quadam ratione conjunctæ sunt, & lucrum quoddam cum illis commune habent; facilius evadet hujus rei dijudicatio, maxime, si præterea animum habueris, principiis politicis, quæ Philosophia moralis suggerit, probe imbutum.

*** Personas enim *juratas & publicas* cum ipsa officii ratio, tum jurisjurandi religio

ligio ab omni fallendi proposito longius adesse juber.

§. VI. Cum denique plures accuratorem rei scientiam habuisse, nec facile in unum, idemque testimonium falsum conspirasse censeantur; consequens est 7.) testes plures uni vel paucioribus prevalere: idque multo magis 8.) si plures rem eodem modo, iisdemque circumstantiis referant: maxime autem 9.) si consentientem ejusmodi diversorum scriptorum relationem non ex compacto factam fuisse, constet. *

* Huc etiam spectat: si alterum alterius exscribillatorem non fuisse, palam sit. Nam, ubi cæcus cæcum ducem sequitur, scilicet relata ab alio, quæ ipse ad probabilitatis historicæ lancem non satis examinavit, reverendo; mirum non est, si eundem uterque erret errorem. Et hinc etiam talium scriptorum numerus probabilitatem non auget.

§. VII. Ad secundam classẽ pertinent regulæ, quas a rei narratæ possibilitate tum intrinseca, tum extrinseca, ejusdemque qualitate mirabili repetimus. Cum

D
Cum enim
multo mi
qui tale
luisse per
per ignora
est 1.) au
patet re
triplex im
numero pl
mi reterri

* Caven
videtur
possibili
esse po
lo m
pluri
eorum
conv
possib
perare

§ VIII
ria, licet
potius, quo
impossibile
probabiliter
circumstan
diffinites.

Cum enim, quod ne fieri quidem potuit, multo minus actu factum sit: & hinc, qui tale quid narrat, vel decipere voluisse per jocum, vel decipere potuisse per ignorantiam censeatur; consequens est 1.) nullam esse probabilitatem, si pateat, rem, quæ narratur, esse *intrinsece impossibilem*, etsi eam testes & numero plurimi & integritate probatissimi referrent. *

* Cavendum hic vero, ne, quod vulgo videtur impossibile, id continuo impossibile pronuntiemus. Argumento esse possunt experimenta physica, paulo magis curiosa. Partus enim quamplurimos Ars produxit, quos, nisi de eorum existentia nos testis experientia convinceret, certe Naturam omnem ac possibilitatem, multo magis Artem superare diceret.

§. VIII. Cum & res sibi ipsi contraria, sui que dissimilis esse nequeat, sed potius, quoties talis apparet, extrinsece impossibilis audiat; consequens est 2.) probabilitatem iridem nullam esse, ubi *circumstantiæ facti contradictoriæ* sunt vel *dissimiles*. *

* Hoc casu tamen notanda exceptio: nisi illud narrationis vitium, ab uno commissum, ab auctoribus aliis aut numero pluribus, aut dotibus, quæ testem commendant, superioribus fuerit purgatum, hoc est, idem narretur factum, circumstantiis contradictoriis detractis. Sic enim fit, ut illa circumstantiarum contradictio ac dissimilitudo, ab uno ingesta, non *facti* vitium, sed *auctoris* fuisse putetur.

§. IX. Cum tandem res mirabiles ac paradoxæ non facile præsumantur, quin & ab imaginationis ludibrio maxime suspectæ sint; consequens est 3.) *uni testi*, rem mirabilem narranti, parum fidei tribuendum esse, etiamsi alias dotibus, ad testem idoneum requisitis, non omnino destituatur, maxime ubi res ita comparata, ut testis facile sua imaginatione deludi potuerit. * 4.) Aliquanto majorem esse probabilitatem, si rem, utut mirabilem, non tamen impossibilem, testes plures iisdem per omnia circumstantiis referant. 5.) Multo majorem, quæ & viri prudentis mereatur assensum, probabilitatem esse, si, qui rem mirabilem eodem modo

modo re
publicæ

* Ex
biliter
partit
cum in
agit ho
illuden
eas ut
moni
bulis

** Fal
mirac
phæ
inter
enir
giæ
At.
pluri
testim
est,
non in
denega

*** Mo
ta la
rem.
eliga
De.
atco

modo referunt, sint *testes oculati*, si *personæ*,
publicæ, si *jurati*. **) (***)

* Exinde patet, quid sentiendum sit de
historiunculis *Sagarum*, *Spectorum* ap-
paritionum, & similibus. Nempe,
cum in his rebus mimum plerumque
agat hominis phantasia, variis ludens,
illudensque phantasmatis; facile patet,
eas ut plurimum, nisi fulciantur testi-
monio cum primis idoneo, anilibus fa-
bulis esse accensendas.

** Falluntur ergo & illi, qui omnia
miracula præfracte negant, & vel per
phenomena naturalia vel per allegorias
interpretanda esse contendunt. Cum
enim miracula systemati sacro & analo-
giæ fidei neququam repugnare, ex
Act. II. 22. IV. 30. aliisque locis quam-
plurimis appareat; profecto, ubi illa
testimonio nituntur fide digno, hoc
est, traditis conditionibus munito,
non ineptus eris, si assensum illis non
denegaveris.

*** Multo igitur magis captivare oportet
Intellectum in obsequium fidei, ubi
rem, utut mirabilem, *divinum* testatur
elogium, quippe quod ob veracitatem
Dei, falli ac fallere nescii, argumento
ἀποδεικτικῶ æquipollere, constat. Un-

de etiam hic non inquirendum, si ne res miraculo similis, nec ne? sed an adfit *evidentia testimonii*? id est, an 1.) *divinum hoc sit testimonium?* & 2.) si divinum est, *an hoc modo necessario intelligendum?* Quorsum vero harum quaestionum decilio pertineat, relinquimus Theologiae revelatae.

§. X. Ad tertiam classem revocamus regulas, a triplici narrandi modo, *poëtico, oratorio, & historico*, accersitas. Cum enim Poëtarum finis sit *delectare*: & hinc varios illi fingere ament errores, siue circumstantias, tum suspensioni, tum admirationi excitandae accommodatas; consequens est 1.) in *infimo* probabilitatis gradu subsistere, quae *poëtice* enarrantur.

§. XI. Cum deinde Oratoribus propositum sit *persuadere*: ac proinde vera narrare quidem, at non sine solennibus sibi exaggerationibus soleant; consequens est 2.) paulo *majorem* probabilitatis *gradum* attingere, quae *oratorie* referuntur.

§. XII. Cum denique finis historiographorum sit, *nuda*, ut sunt, *facta* ab obli-

oblivione v
ni hyper
transcriber
num prob
hijoraz re

* In magi
Vigilio
Avea g
Roman
idem
imper
oratio
stylo
ducit.

DE PR

Divinatio
natio
lis inclinatio
& actionibus
mentum du

* Hic d
du m
runt,
facult
Vita

oblivione vindicare, adeoque deterfo omni hyperbolicae locutionis fūco, posteris transcribere; consequens est 3.) *supremum* probabilitatis *gradum* obtinere, quæ *historice* recensentur. *

* Ita magis credimus *Tito Livio*, quam *Vergilio Maroni*, sicubi illi in rebus ad *Ænea* gestis, ortu & progressu populi Romani sibi contradicunt. Et rursus idem *Livius* majorem a nobis fidem impetrat, ubi narrat *historice*, quam ubi *orationes miscet*, hoc est, personas, stylo magis oratorio perorantes, inducit.

ARTICVLVS III.

DE PROBABILITATE POLITICA.

§. I.

Divinationo *politica* est, qua vel ab inclinationum, morumque signis ad ipsas inclinationes & mores, vel a consiliis & actionibus ad futuros eventus argumentum ducimus. *

* Hac divinatione freti viri, in politicis diu multumque versati, futura cecinerunt, tanquam vates. Ciceroni hanc facultatem tribuit CORN. NEPOS in *Vita Attici cap. 16.* Quin & ipse de se

eandem jactitat in *Philipp. VI, cap. 3.*
 Et *Lib. VI. ad divers. epist. 6.* Imo &
 Ætas nostra non cessat procreare pro-
 phetas politicos, qui tum privatorum
 inclinationes ac mores, tum universi
 populi genium atque indolem dexterrime
 divinare, quin & statum reipublicæ
 securum, tranquillum ac fortunatum,
 futuras item seditiones ac bella intestina,
 aut totius etiam Regni interitum, prope
 absentem, præfaga mente conjecturare
 norunt. Confer *JUST. LIPSIUS*
Monit. polit. lib. 2. cap. 9. monit. 3.
 ubi plura hujus rei exempla collegit.

§. II. Hypothesis itaque, cui,
 tanquam fundamento, tota divinationis
 politicæ probabilitas superstruitur, dupli-
 cis est ordinis. Vel enim nititur *inclina-*
tionum signis, vel eventu actionum. *

* Qualia porro sint hæc signa: quosque
 eventus positis certis consiliis & actioni-
 bus augurari liceat, id vero exequi non
 est hujus loci, verum ex *Philosophia*
moralis, & maxime civili ac politica
 descendum.

§. III. Cum autem homines sæpe
 simulent propensiones, quas non habent,
 dissimu-

diffimulentque, quas habent: * item ab una sæpe causa vel circumstantia, per Dei providentiam mutata, totus consiliorum, actionumque eventus pendeat; ** facile apparet, si ve a consiliis ad eventus futuros, si ve ab eventibus ad causas & consilia, si ve denique a signis morum & inclinationum ad ipsas inclinationes argumentum instituamus, conjecturarum istarum ac divinationum probabilitatem raro majorem, quam *gradum mediocrem* attingere.

* Nota enim sunt pseudopoliticorum principia, & quæ inter illa locum non postremum occupat, duplicitatis regula: scilicet *aliud animo agitandum esse, aliud ore, gestu, totoque corporis habitu præ se ferendum*. Unde natum illud: *Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur*.

** Hujus rei, ut sexcenta alia taceamus, luculentum exemplum præbet conspiratio, quæ Anglis dicitur pulveraria. Nisi enim illa, cum adhuc sub cinere glisceret, provido Numinis consilio detecta, extinctaque fuisset, longe aliam in Anglia tragediam adornasset.

§. IV. Interim tamen in hac ipsa probabilitatis politicæ mediocritate varios itidem gradus licet distinguere. Primum namque ordinem quod attinet, 1.) infimus ejusdem gradus erit, si signa, unde augurium politicum repetis, & pauca sint, & vicibus tantum rarioribus observata: 2.) paulo superior, si & plura sint signa, & diuturna etiam consuetudine constanter observata: 3.) omnium supremus, si observata fuerint in ejusmodi circumstantiis, ubi hominem magis ab omni simulatione ac dissimulatione remotum fuisse, constat. *

* Hinc quotidiana Politicorum praxis, ut, cujus animum ac propensiones explorare satagunt, eum sui securum reddere, seiplos fingere eidem similes, quibus affectibus illum obnoxium existimant, eosdem simulare & ipsi, ac denique, si tentatis hisce omnibus negotium minus ex voto cessit, Bacho rem committere soleant.

§. V. In altero dein ordine 1.) imum gradum ponimus, ubi consilia, ex quibus eventus futuros conjicimus, sunt hominum leviorum, aut in primo affectuum turbatorum aestu concepta: * 2.) aliquanto altio-

altiolem, ubi homines, de quorum consiliis agitur, sunt *graves, constantes, & propositorum*, donec effectui data fuerint, *tenaces*: 3.) summum, ubi praeterea non modo *possibilitas executionis*, verum etiam *facilitas* ex circumstantiis apparet. **

* Quæ enim ex affectuum turbatorum ætlu proficiscuntur consilia, illo defervescente & ipsa, antequam effectum suum enixa fuerint, evanescere solent.

** Nam ubi illa exequendi possibilitas, seu absoluta, seu moralis, deficit, locum habet illud: *vana sine viribus ira*. Contra ubi major in *consiliis constantia*, & in *executione facilitas*, ibi & major futuri, quem auguraris, eventus probabilitas. Exempli causâ hanc in rem videri meretur Vaticinium Josephi Judæi de imperio Vespasiani, cujus uberior narratio extat apud SUTONIUM & DIONEM CASSIUM.

ARTICVLVS IV.

DE PROBABILITATE PHYSICA.

§. I.

PROBABILITATIS *physicæ* hypothesis est *systema causarum*. Unde construitur regula fundamentalis: *In qua hypothesis,*
hoc

*hoc est, causarum serie seu systemate omnia rei phænomena & facilius & naturalius explicari possunt, ea probabilius vera est.**

* Ita systema Mundi, quod COPERNICO tribuimus, cæteris omnibus tanquam probabilissimum antefertur, eo quod in illo omnes observationes, tam physicæ, quam astronomicæ, longe commodissime possunt explicari.

§. II. Cum autem, quod ipsum non existit, phænomenis, ut existant, causa esse nequeat; consequens est I.) *existentiam causarum*, quæ in hypothese assumuntur, vel *constare oportere*, vel certe *probendam esse*. *

* Quodsi igitur existentia causarum, quas ponis, nec aperta sit, nec probari possit, non hypothesis ea dici meretur, sed *Fictio*. Tales ex. gr. est hypothesis EPICURI de atomorum *magnitudine, figura & pondere*, nec non duplici earundem motu, *gravitatis & reflexionis*. Et si enim ex atomorum istarum concrezione omnia generari, ex dissolutione omnia corrumpi, & denique ex diversis illarum proprietatibus ac figuris omnia rerum naturalium phænomena derivari docuerit, ipsam tamen earundem existentiam

stentiam probat
X. 30. 50. &

§. III. Causa

lis probabilis con-
tur, naturæ dubi-
:) si existentia rei,
neq; probari quid-
ena æque ex hac,
licari possunt, cum
in esse, sed nec

* Ex hoc non
quæ hucusque
mata, præter
commodius si
nomena alter

§. IV. Causa

naturale est, cer-
tine systema ca-
naturæve effectus
no inspectum vis-
si vel unum phæ-
nomenon non possit
causari, vel certe
habilitatem ipsam

* Hinc patet si
circumstantiæ,
dicitur. Vix eni

stentiam probare neglexit. LAERTIVS
X. 38. 56. & seqq.

§. III. Cum deinde, quoties æqualis probabilitas eum probabilitate colliditur, nascatur dubitatio; consequens est 2.) si existentia rei, per hypothesin assumptæ, probari quidem potest, at phænomena æque ex hac, atque ex alia causa explicari possunt, eam rursus non hypothesin esse, sed meram possibilitatem.*

* Ex hoc numero ex. gr. sunt omnia; quæ hucusque reperta sunt, *Mundi systemata*, præter *Copernicanum*, quia vix commodius in uno, quam altero phænomena astronomica explicari possunt.

§. IV. Cum porro nihil, quod naturale est, certa causa naturali careat: & hinc systema causarum, quod in unum, alterumve effectum minus quadrat, merito suspectum videatur; consequens est 3.) si vel unum phænomenon ex hypothesi explicari non possit, eam vix probabilem censerit, vel certe minimum saltem probabilitatis gradum obtinere.*

* Hujus generis sunt ferè omnes, quæ circumferuntur, hypotheses de *virtute electrica*. Vix enim ullam hactenus videre

dere licuit, quæ phenomenon electricis ad unum omnibus, pro eo, ac deceret, faciat satis.

§. V. Cum etiam Natura operetur via brevissima, modoque simplicissimo; consequens est 4.) *quo minus subtilis & coacta, minusque per ambages diffusa fuerit ratiocinatio*, per quam phenomenon ex dato causarum systemate explicamus, eo probabiliorem fore hypothesin. *

* Hinc jam pridem explosa est hypothesi *de metu vacui*: & quæ olim ex hoc metu explicata fuere phenomenon, longe rectius ex gravitate ac elasticitate aëris explicantur.

§. VI. Cum denique Ars Naturam imitetur, quoties activa applicando passivis, eundem producit effectum; consequens est 5.) si hypothesi ita comparata sit, *ut positis iisdem causis eadem phenomenon per artem exhiberi possint*, eam demum summum probabilitatis gradum attingere, imo ad ea, quæ certo vera sunt, quam proxime accedere. *

* Ita ventum oriri, aëre crassiore & compresso in regionem aëris tenuioris incidente, proxime abest a certo, quia
ventus

ventus hac ratione producitur per Æoli-
pilam. Et hypothefi Copernicanæ plu-
rimum probabilitatis accessit a machina,
non ita pridem Wisentheidæ, Franco-
niæ oppido, ad leges Mechanismi elab-
orata, & Aulæ Viennensi oblata, quæ
observationes quascunque astronomicas,
ad normam hujus systematis exhibet.



P A R S III.

DE METHODO VERITATEM INVENIENDI AC PROPONENDI.

CUm perficiendo Intellectui humano
nondum sufficiat, Veritatis natu-
ram, diversasque species, una cum
specierum singularum fontibus ac funda-
mentis, veluti e longinquo commonstra-
se; verum etiam, ut practica veritatem
investigandi, inventamque aliis *proponendi*
methodus ostendatur propius, partes Phi-
losophiæ Rationalis, ordine quidem, at
non dignitate postremæ, desiderent; su-
perest, ut geminis hisce Methodi generi-
bus tertiam atque ultimam tractationis
nostræ sectionem destinemus.

CAPVT

CAPVT I.
DE METHODO VERITATEM
INVENIENDI.

Veritas investigatur modis potissimum ternis. Vel enim reperitur *experiundo*, seu, ut loquuntur, *a posteriori*: vel per *meditationem*, seu *a priori*: vel denique per *lectionem* scriptorum alienorum. Tres illos veritatem inveniendi modos tribus articulis expendemus.

ARTICVLVS I.
DE METHODO EXPERIUNDI.

§. I.

Experiri dicimur, quidquid ad perceptiones nostras attenti vel cognoscimus, vel inferimus. Cum ergo duce experientia iudicia alia formemus simpliciter & immediate, alia ex his interveniente ratiocinio eliciamus, sciendum, illa *intuitiva*, hæc *discursiva* adpellari.*

* Sic ex. gr. si quis globum vitreum aut cupreum, ope antliæ pneumaticæ ab aëre evacuatum, ad balancem appendit, & aëre in eum admissio, æquilibrium tolli didicit, iudicium istud vacatur *intuitivum*

tuitivum. At propositio inde collecta: quod aër sit gravis, *Judicium discursivum* dicitur.

§. II. Quoties igitur veritas *experiundo* investigatur, duo providenda sedulo: 1.) ut experientia quoad judicia intuitiva rite se habeat: 2.) ut in elicendis judiciis discursivis recte ratiocinemur. * Prius uberius excutere, hujus est loci; posterius ex regulis consequentiarum, ratiocinationum ac demonstrationum, quas loco non uno tradidimus, judicandum.

- * Exinde patet, cur ad experientiam provocans, casum singularem, nisi vulgo notus sit, in medium afferre teneatur. Ratio nimirum duplex est. 1.) Ut appareat, quænam illi fuerint perceptiones ac judicia intuitiva, cum experientiam consequeretur. 2.) Ut, quomodo perceptionibus istis ducibus, judicia discursiva ratiocinando elicuerit, intelligatur. Nihil enim est frequentius, quam ut in formandis judiciis a posteriori *vitium subreptionis* committatur, quo nobis experiri videmur, quæ minime experimur. Et hinc etiam, qui in terminis contradictoriis ad experientiam provocant dissentientes, plerumque

que non experientiam experientiæ, sed propositiones, inde deductas, sibi invicem opponunt.

§. III. Itaque, ut experientia rite se habeat, omnium primo danda est opera, ut regulæ generales, quas deensione, & legitimo sensuum testimonio suo loco dedimus, quam diligentissime observentur. *

* Repetenda igitur, quæ *Part. 2. Cap. 1. §. 8. & 10.* ex instituto docuimus.

§. IV. Leges deinde peculiare pro variis, quæ experiundo investigamus, objectis in duas classes redigimus. Vel enim ad acquirendas rerum notiones distinctas & completas indagamus earundem attributa: vel ad formanda iudicia de viribus rerum ac proprietatibus inquirimus in earum mutationes, potentias ac virtutes. In singulis casibus singulares adhibendæ sunt cautelæ. *

* Ex. gr. iudicium, quod aër sit elasticus, ad primam classem de attributis: at iudicium: quod aër calore rarefiat, quod idem hemisphæria evacuata comprimant, ad alteram classem de mutationibus rerum ac potentius spectant.

§. V.

de Me
§. V. In
tio: quo nomi
ratio sufficien
tur, seu que r
hanc etiam ve
* Se amborum
Adat ang
tus angulor
convent, qu
tur. Ex q
sua conven
tie earunde
diti existunt
§. VI.
quæ in rebu
numerum attr
verum etiam q
currant qualita
tatum causa
ne patet, de
tatum ope attr
bus sunt, disti
§. VII. Q
diferentia attri
ut, in vultu
contineam, plan
tuo colligitur

§. V. Initium facimus ab *attributis*: quo nomine intelligimus ea, quorum ratio sufficiens in ipsa rei essentia continetur, seu quæ rei insunt propterea, quod hanc essentiam vel definitionem habeat. *

* Sic attributum trianguli est, *quod tres habeat angulos*. Numerus enim ternarius angulorum triangulo propterea convenit, *quia tribus lateribus terminatur*. Ex quo apparet, rebus tandem sua convenire attributa, quamdiu essentia earundem subsistit, ac proinde quamdiu existunt ipsæ.

§. VI. Cum autem non omnia, quæ in rebus experimur, continuo in numerum attributorum referenda sint, verum etiam quam plurimæ in rebus occurrant qualitates accidentales, hoc est, quarum causa extra rem quærenda; facile patet, de mediis cogitandum esse, quorum ope attributa a cæteris, quæ rebus insunt, distinguantur.

§. VII. Quandoquidem vero in discernendis attributis eo res tota redeat, ut, an causa illorum in ipsa rei essentia contineatur, palam fit: hoc autem indetuto colligere liceat, si causa minime in rebus

rebus extrinsecis, iisque contiguis inveniat; consequens est 1.) rem, de cuius attributis quæritur, ex uno loco in alium transferendam, & in rerum diversarum contiguitate explorandam esse. *

* Ex. gr, Si ceram, Soli aut calori cuicumque expositam, *mollem* deprehendas, atque experiri aveas, utrum *mollities* sit quoddam ceræ attributum, an vero modus accidentalis, ea ex loco calido in frigidum, veluti cellam, transferenda, ubi duram eandem fieri observabis. Recordatus itaque, in numerum attributorum referri minime posse, quod rei non constanter inest, facile colliges, *mollitiem* non esse ceræ attributum, sed ubi mollis illa fuerit, mollitiei causam inter res eidem contiguas quærendam esse, in radiis nimirum solaribus, quibus exponitur. Contra vero lapis *durus est*, quemcumque in locum deferatur. Cum itaque *durities* lapidi constanter inest, quibuscunque demum rebus aliis sit contiguus: & hinc duritiei causa minime rebus extrinsecis atque contiguis tribui possit: ac proinde in ipso lapide eam contineri, omnino dicendum sit; recte inde inferimus, *duritiem* esse attributum lapidis,

§. VIII.

de Met
§. VIII.
tra potestate
loco in locum
una cum corpore
quantitate mutat
periculum eo cal
reterari oportere,
s, quo res, a pr
que deprehendit
inest, quod ali
esse. *

* Ex. gr. Siqu
cidentem ad
tiam suam re
horizontem
ascendit. I
que vertical
tunda comm
jam pronum
lem, que Soli
sine conven
pon esse, ad
entia pertine

§. II. Cum
multis vires ad
eterare primis
) in consilium quo
rum oblatione

§. VIII. Cum autem sæpe in nostra potestate positum non sit, ut res de loco in locum transferatur: res ipsa vero una cum tempore locum, situmque suum quandoque mutet; consequens est 2.) experientiam eo casu diversis temporibus reiterari oportere, atque, an alio tempore, quo res, a prioribus diversæ, contiguæ deprehenduntur, idem adhuc rei insit, quod alias inerat, dispiciendum esse. *

* Ex. gr. Siquis Solem orientem vel occidentem *ovalem* observat, is experientiam suam reiterare tenetur, ubi supra horizontem ad aliquam altitudinem ascendit. In situ enim altiori, nobisque verticali, *figuram ovalem* cum *rotunda* commutari experietur. Unde jam primum erit colligere, *figuram ovalem*, quæ Soli, in horizonte constituto, subinde convenit, nequaquam ipsi propriam esse, adeoque nec ad ejusdem attributa pertinere.

§. IX. Cum etiam experientias multas vel ægre admodum vel plane non reiterare possimus; * consequens est 3.) in consilium quoque adhibendas esse aliorum observationes, easque vel inter

se, vel cum nostris, si quas habuimus, diligenter esse conferendas, ut, num idem in re sub diversis circumstantiis observatum fuerit, exinde appareat.

* Sic ex. gr. quæ alii de gravitate ac vi elastica aëris, de commixtione certorum liquorum, similibusque phœnomenis observarunt, facile repetendo explorare possumus. Rarius autem vel certe difficilius aliorum observationes de parheliis, cometis, transitu Mercurii per Solem, & similes reiterare licet, quia partim nec quotidiana, nec ubivis conspicua sunt hæc phœnomena, partim, si quando contingunt, non sine magno instrumentorum apparatu observantur. Ergo in ejusmodi rebus ab alienis observationibus petenda sunt subsidia.

§. X. Quia denique ratiociniis nonnunquam dirimendum, utrum quid sit rei attributum, nec ne: ratiocinia vero supponant notiones distinctas rerum, de quibus instituuntur; consequens est 4.) notiones distinctas tum attributi, de quo queritur, tum rerum contiguarum investigari oportere, atque ex notionum istarum collatione eruendum esse, utrum
a con-

contigus pend
prehenditur, m
neatur.*

* Imo non ser
dilatam epis
hatur, & re
Sic ex. gr. obs
pende, quid
quod legum
quidem cultu
diu. Quodsi
deras, illud
minimè pro
hendis. At
tionem, cui
ipso ligno re
lignum find
ta referen
que non m
ut idem dicit
per se liquet,
ne continer
cudam insit.

te corporum &
de tempore conf
te si cum nichil
cūm referat.
suz dicitur insi

§. XI. In se
attributa rerum

a contiguis pendeat, quod rei inesse deprehenditur, an ejus causa in re ipsa contineatur. *

* Imo etiam sapius sufficit, notionem distinctam ejus, quod rei inesse deprehenditur, & rei, cui inest, investigari. Sic ex. gr. observans lignum findi, perpende, quid hoc sibi velit? Nempe quod lignum plus dividatur, quam quidem culter aut cuneus adactus dividit. Quodsi jam porro lignum consideras, illud ex fibris, secundum longitudinem protensis, compositum deprehendis. Atque ita facile perspicies, rationem, cur lignum findi possit, in ipso ligno reperiri, proindeque, quod lignum findi possit, inter ejus attributa referendum esse. Equidem plerumque non multa meditatione opus est, ut idem dijudicetur, sed ut plurimum per se liquet, in rebus contiguis minime contineri rationem, cur quid rei cuidam insit. Exempli loco sit gravitas corporum & elasticitas aëris; nam de utraque constat, res alias circumstantes ad eam nihil conferre. Casus tamen offerri possunt, in quibus regulæ nostræ usus indispensabilis.

§. XI. Ita fere versari decet, ubi in attributa rerum inquirimus. Videntur

dum nunc porro, qua methodo, quaque cautione opus, si, quas *mutationes*, & a quibus *causis* res patiat, experiundo investigare lubeat.

§. XII. Nempe cum causæ necessariae statim effectum suum exserant, ubi a materia idonea intra justam distantiam absunt; consequens est 1.) si qua in re mutatio oriatur, quamprimum una alteri sit contigua, vel materia una alteri commiscetur, dubium nullum superesse, quin una sit causa mutationis, in altera factæ.*

* Ex. gr. Si oleum vitrioli cum aqua miscetur, & limatura Martis injecta solvitur, bullis ac vapore sulphureo ascendentibus; dubium nullum superest, oleum vitrioli esse causam solutionis. Pariter siquid narrat Cajus, & Titius vultum mutat, indignabundo similis; dubium non est, quin sermo Caji Titio sit causa vultus, gestusque tædiosi. Eodem modo experimur, aërem calore rarefieri: ceram calore liquefcere: Sic dictos diabolos Cartesianos compressione ad descensum in aqua adigi, & quæ sunt similia plura.

§. XIII. Cum autem sæpe ad unum effectum causa non una concurrat, etsi
non

non cujusvis in
oculos; con
causa muta
nuntiemus. in
ante mutationem
dum, cujusque
earum una, vel
tionem aliquam
via, altera non

* Exemplum
domeitica
Norum est
aque injec
At, cum
in quo p
oleum vit
sed color
diisse, te
infolita ac
antea muta
a particulis
vitri adhaer
ut Titium se
jem habet an
dispositum, v
seus sit, que
Cajo narran

§. XIV.
salarum concu

non cujusvis influxus perinde incurrat in oculos; consequens est 2.) antequam pro causa mutationis unica atque solitaria pronuntiemus, in statum rerum, qualis sit ante mutationem, omni cura inquirendum, cauteque dispiciendum esse, annon earum una, vel utraque jam antea mutationem aliquam passa fuerit, sine qua prævia, altera non fuisset subséquuta. *

* Exemplum hanc in rem ab experientia domestica recenset quidam Practicus. Notum est, ex ligni Brasiliensis laciniis, aquæ injectis, extrahi colorem rubrum. At, cum aliquando ille uteretur vitro, in quo paulo ante solutio Martis per oleum vitrioli facta fuerat, non rubrum, sed colorem quendam violaceum prodidisse, testatur. In aqua igitur mutatio insolita accidebat propterea, quod jam antea mutationem quandam passa fuerat a particulis soluti Martis, quæ parieti vitri adhæserant. Similiter fieri potest, ut Titium sermo Caji offendat, vel quia jam habet animum, ad indignationem dispositum, vel quod alius quidam præfens sit, quem ignorare vellet, quæ a Cajo narrantur, vel aliis etiam de causis.

§. XIV. Cum porro in plurium causarum concursu suum quæque effe-

Etum specialem exserat: quoniam vero cuiusque sit proprius, vix unquam in ipso concursu satis accurate discerni possit; consequens est 3.) extra concursum simultaneum, singularum quoque causarum vires seorsim explorandas esse, ut, quid unaquæque ad mutationem conferat, luculentius appareat. *

* Ex. gr. Pulvis pyrius ex carbonibus sulphure & sale petrae, inter se permixtis, constat. Siquis igitur scire aveat, num hæc tria simul ad pulverem pyrium præparandum sint necessaria, & quid unumquodque ad effectum pulveris pyrii conferat, primum examinet, quid sulphuri, carbonibus & sali petrae conjunctis ab igne accidat. Deinde sulphur cum carbonibus, sulphur cum sale petrae, & sal petrae cum carbonibus permisceat, & exploret, quid singulis mixtis ab igne contingat. Quo facto, facile apparebit, carbones instar fomitis ignem concipere, & cum sulphure sal petrae liquefacere: flammam sulphuris causam esse, ut sal petrae, in vaporem resolutum, eidem permisceatur & ascendat: sal denique petrae flammæ vim elasticam conferre.

§. XV.
nes rerum
plane later
duo vel contin
re observamus;
quod ex duarum
existentiâ, seu fr
colligere licet:
poteat, ut d
propterea, q
pendeant, vel
nisi minime d
tant, nunquam
tiam, ubi a r
continua ad
mus. *

* Sic renaru
ex arborib
eandem h
est aëris. A
hæc duo co
colleges, r
bus hinc pro
pulis muta
sati mixtæ
mutum hinc
ris mutatio
reus, sup

§. XV. Quoniam deinde mutationes rerum non raro experimur, causis plane latentibus & ignotis: præterea vero duo vel constanter vel sæpissime coëxistere observamus; non immerito quæritur, quid ex duarum, pluriumve rerum coëxistentia, seu frequentiore seu continua, colligere liceat? At, quia facile fieri potest, ut duo constanter coëxistant propterea, quod vel a communi causa pendeant, vel a casu; consequens est 4.) nisi minime dubia influxus indicia suppetant, nunquam tutam satis esse consequentiam, ubi a rerum duarum coëxistentia continua ad alterius causam concludimus. *

- * Sic ranarum coaxatio, & gemmarum ex arboribus protrusio verno tempore eandem habent causam, calorem scilicet aëris. Perperam igitur ex eo, quod hæc duo constanter conjuncta cernas, colligeres, ranas coaxando ex arboribus folia protrudere. Ita pariter tempestatis mutationes nemo non observat; sed causæ tam sensus, quam Intellectum nostrum fugiunt. Equidem tempestatis mutationes cum Calendario conferentes, deprehendimus, eandem tempestatis.

pestatem iisdem sæpe phasibus Lunæ & aspectibus Planetarum coëxistere; cavendum tamen, ne temere inde concludamus, phases Lunæ & aspectus Planetarum esse causas tempestatum.

§. XVI. Cæterum quia causa necessaria, nullo obstaculo præpedita, non potest existere sine suo effectu: & multo magis effectus oriri nequit, quin existat ejusdem causa; consequens est 5.) si duo sæpius coëxistant, & vel semel, eorum uno existente, alterum non existere observetur; omnino valere consequentiam negativam, qua ex duobus coëxistentibus alterum alterius causam non esse, concluditur. *

* Ita aspectum non esse causam tempestatum, inde tuto concluditur, quod subinde eandem tempestatem cum alio aspectu, vel eundem aspectum cum alia tempestate conjunctum videmus.

§. XVII. Denique, cum experientia non sint, nisi singularium: Scientia vero minime acquiescant propositionibus singularibus sed universales desiderent; superest, ut, quomodo propositiones universales experiundo invenire liceat, ostendatur.

attendamus.
in verum nam
tatur vi esse
tatur exami
altera parte: qu
tia & circum
funt, non poss
pari; facile p
res, experiund
ter in univer
ad omnes cir
quid in casu
solicite attend

* Sic ex gr
saliente u
non est,
in alio q
compressa
vel semel
bono præ
licet inferre
buscunque
rum. Cæter
eo, ut par e
esse est, q
cauz, tum
7d quod ver
qui una Geo
pla hanc m

ostendamus. Quoniam autem, quidquid in rerum natura existit, id & agit & patitur vi essentiæ ex una, & circumstantiarum extrinsecus superaccidentium ex altera parte: quotiescunque igitur essentia & circumstantiæ extrinsecæ eadem sunt, non possit non idem & agere & pati; facile patet, propositiones singulares, experiundo inventas, haud difficulter in universales converti posse, modo ad omnes circumstantias, sub quibus aliquid in casu particulari fieri experimur, solícite attendamus. *

- * Sic ex. gr. si expertus fueris, ex fonte saliente aquam vi aëris compressi ejici; non est, quod dubites, idem pariter in alio quovis casu futurum, ubi aër compressus aquam urget. Similiter si vel semel observaveris, ex judicio de bono præsentem enasci gaudium, tuto licet inferre, idem quoque in aliis quibuscunque casibus similibus eventurum. Cæterum ad circumstantias pro eo, ac par est, examinandas sæpe necesse est, quantitatem & vires cum causæ, tum effectus accurate metiri; id quod vero non nisi eorum est, qui inter Geometras eminent. Exempla hanc in rem cumprimis idonea, inter

inter alias Matheseos partes, suppeditat Aërometria.

ARTICVLVS II.

DE METHODO MEDITANDI.

§. I.

*M*editari nobis hoc loco non denotat aliud, quam cogitationes nostras ad certas leges, iustumque ordinem sic instituire, ut novæ semper veritates ex veritatibus semel cognitis emergant.

§. II. Equidem ordo ille in duplici reperitur differentia: vel enim a principiis ad conclusiones, vel a conclusionibus ad principia proceditur. Priorem vocant methodum *syntheticam*, vel etiam, quod Mathematicis maxime solennis fit, *Mathematicam*: posteriorem *analyticam*. Cum autem, ubi conclusiones notæ sunt, veritas magis applicetur ac *dijudicetur*, quam *inquiratur*; nemo non videt, ubi de veritate investiganda agitur, methodum *syntheticam* obtinere.

§. III. Cum itaque procedendum a principiis: iudicia vero ac ratiocinia nostra

De M
notra omni
nes rerum cla
ad has por
ope eluctan
§. 1.; tunc pa
vinihus me
exordibus e

§. IV. P
miniles, alia
§. 3). Quo
veritatibus el
est, ut, qua
mendis me
pendamus.*

* Nam def
mais ac
ac probie
serviunt.

§. V. A
tes nominales
arithmetorum en
alibi dicitur (S
V) ea, que de i
buis pau ante
diligentia el

* Adhibenda
novo par

nostra omnium primo supponant notiones rerum claras, distinctas & adæquatas: ad has porro definitionum ac divisionum ope eluctandum sit (*Part. 1. cap. 1. artic. 4. §. 1.*); facile patet, a definitionibus ac divisionibus meditationem quamcunque exordiendam esse.

§. IV. Porro definitiones alias *nominales*, alias *reales* esse, constat (*ibid. §. 3.*). Quare, cum ambæ ulterioribus veritatibus eliciendis idoneæ sint; necesse est, ut, qua cautione in singulis inveniendis incedere oporteat, singillatim expendamus. *

* Nam definitiones *nominales* magis axiomatis ac theorematis: *reales* postulatis ac problematis inveniendis magis inserviunt.

§. V. Ac primo quidem definitiones *nominales* quod attinet, eas certorum attributorum enumeratione absolvi, jam alibi dictum (*ibid.*); unde consequens est I.) ea, quæ de investigandis rerum attributis paulo ante animadvertimus, quam diligentissime esse observanda. *

* Adhibendæ nimirum cautelæ, quas articulo præcedente §. 5. & seqq. prodidimus,

dimus, ne modi rerum accidentales, quibus in definitionibus locum concedi nefas, cum earundem attributis confundantur.

§. VI. Cum deinde definitio nominalis constare debeat genere proximo & differentia ultima, (*ibid.* §. 5.) hoc est, attributo pluribus rebus diversis communi, & attributo soli rei definitæ proprio; consequens est 2.) notiones eorum, quæ rei definiendæ maxime affinia & cognata sunt, inter se conferendas esse, quæque in iis deprehenduntur communia, ab his, quæ singulis propria sunt & singula differre faciunt, accurate esse secernenda. *

* Ex. gr. Affinia admodum sunt *Mutuum*, *Commodatum* & *Precarium*. Quod si igitur notionem *Mutui* cum notione *Commodati* conferimus, id in utroque contractu commune notamus, quod sit *conventio duorum de re transferenda in alterum gratis & sub lege restitutionis*; in hoc vero utrumque advertimus in partes ire, quod in *Mutuo* *dominium*, in *Commodato* *solus rei usus* transferatur: item in *Mutuo* res restituenda fit *in eodem genere*, in *Commodato* *in eadem specie*. Et si deinde notiones *Commodati*

de Me
modati & P
affinitatem
vamus
dicimus
precarium
quam quæ
merum arbitri
non p
vel finito us
§. VII.
ita comparat
ingeneret idea
(Part. I. cap. 1
sequens est
civium consue
nes nominale
simul sumptu
sondeat, qu
Hoc enim
us, pot
isam intell
hinc ey
vultuandi,
pauca
ex p. sint
per il. mod
attentum
qua sunt

modati & Precarii inter se contendimus, affinitatem adhuc longe majorem observamus. Quidquid enim hactenus prædicavimus de *Commodato*, id quoque prædicari potest de *Precario*, præterquam quod in *hoc* res restituenda ad merum arbitrium commodantis, in *illo* non prius, quam tempore convento vel finito usu.

§. VII. Cum porro definitionem ita comparatam esse oporteat, ut *Menti* ingeneret ideam rei *claram ac distinctam* (*Part. 1. cap. 1. artic. 3. §. 2. & 3.*); consequens est 3.) cavendum cum primis esse *vitium confusionis*, hoc est, ne definitiones nominales constent terminis, quibus simul sumptis non alia notio confusa respondeat, quam definito. *

- * Hoc enim ubi fit, non magis, quid sit res, post definitionem, quam ante ipsam intelligitur. Et hinc etiam definitiones ejusmodi nec tanquam demonstrandi, nec tanquam inveniendi principium possunt esse usui. Tales ex. gr. sunt, si quis infinitum definit per id, quod fines non habet: aut vim attractricem magnetis per qualitatem, qua ferrum attrahit. Quid enim hoc
- P. aliud

aliud est, quam pluribus verbis enunciare, quod antea dictum paucioribus?

§. VIII. Cum etiam ingenerandæ notioni distinctæ æque parum sufficiat definitio, quoties unum reciproce definitur per alterum; consequens est 4.) summo quoque studio evitandum esse *vitium circuli*, id est, ne, quod definitionem ingreditur, id rursus per reciprocum respectum ad definitum definiatur. *

* Ita si quis horam definiret per partem vigesimam quartam diei, diem vero per tempus constans 24. horis; profecto ex his definitionibus nec intelligeretur, quid sit dies, nec quid sit hora. Similiter, si quis virtutem definiret per habitum determinandi suas actiones ad legem naturæ, & alibi jus naturæ per normam actionum virtuosarum; is definitiones daret, quæ, cum perinde, ac priores, nec demonstrandi nec inveniendi principia esse possint, minime simul in eodem systemate tolerantur.

§. IX. Cum præterea definitio producere debeat ideam *completam*, cujus ductu res constanter agnosci, & ab omnibus aliis distingui possit (*ibid.* §. 4.); consequens est 5.) providendum esse sedulo,

dulo, ut definitio non sit latior suo definito: & hinc in definitionem nominalem notarum loco assumenda esse attributa ejuscemodi, quæ non modo *semper* & *ubique* rei convenient, sed etiam *soli*.*

- * Male igitur Cartesiani definiunt corpus per *substantiam extensam*; hac enim nota sola corpus a spatio nondum distinguitur. Simile quid Platoni accidisse fertur, quando hominem definiuit per *animal implume bipes*. Quod autem & hujus generis definitiones nec demonstrationi nec inventioni infervant, falsæ commonstrant conclusiones, quas ex iis colligere, pronum est. Ita Cartesiani ipsi ex sua definitione incompleta perperam inferunt, *corpus a spatio non differre*. Et Aristoteles, si fabula vera est, quo Platonem de vitio datæ definitionis convinceret, in galum deplumatum intendens digitum, ecce, exclamavit, *hominem Platicum*.

§. X. Cum denique ad ideas etiam *adæquatas* enitendum sit, hoc est, ad ideæ completæ notarum notas (*ibid.* §. 5.): id vero mediante una definitione fieri nequeat; consequens est 6.) ideam compositam in suas ideas partiales ope divisionis

nis solvendas, & singularum istarum denuo accuratas definitiones investigandas esse. *

* Cum autem hæc solutio gradus admittat, eo quod notiones notarum ulterius resolvi queant; non immerito quæritur, quousque analysis ista continuanda? At cum scopus noster potissimum duplex sit, & vel notionibus distinctis utamur tanquam principio *demonstrandi*, vel tanquam principio *inveniendi*; facile patet, non procedendum esse in infinitum, sed ibi omnino subsistere licere, ubi scopo nostro potiti sumus. Porro in priori casu scopo nostro potimur, quamprimum alter mentem nostram ex asse intelligit, hoc est, si analysis continueretur eo usque, dum ad notas pervenerimus, quibus alter jungit ideas claras, etsi confusas, ac proinde nihil amplius probandum superfit. Sic ex. gr. *Euclides* sine definitione assumit terminos *æqualitatis*, *majoris* ac *minoris* & notionibus claris, utut confusis acquiescit, eo quod sine prævia horum terminorum definitione propositiones suas ad unam omnes demonstrare possit. Casum vero posteriorem quod attinet, ad proprium cujusque redit arbitrium, quousque aciem meditationis
inten-

incendere
contin

§. XI. P
nominalibus: q
potius, * nec
solvendis suffic
definitionibus r
tationibus not
mediocris ubi

* Cum enim
stent enim
ab aliis d
paucæ d
discernere
omnino
quandog
nitione a
tescunt, e
tur, & qu
eti confus
a se ex. p
omnia suffic
cu vultu s
eum hinc
e, quom
neque. Ex
jus equem
quibus n
tingunt;

intendere, atque investigandi laborem
continuarè velit.

§. XI. Hactenus de definitionibus
nominalibus: quæ quia non semper dari
possunt, * nec præterea problematis re-
solvendis sufficiunt; sequitur, ut & de
definitionibus *realibus*, quarum in medi-
tationibus nostris usus nec rarus est nec
mediocris utilitatis, deinceps videamus.

* Cum enim definitiones nominales con-
sistent enumeratione notarum, quibus res
ab aliis distinguatur: res autem non
pauca dentur, in quibus notas nullas
discernere possimus (*ibid.* §. 3. *in schol.*);
omnino aliter fieri nequit, quam ut
quandoque notarum nomina sine defi-
nitione admittantur, quæ nobis inno-
tescunt, dum res præsentés nominan-
tur, & quibus adeo notionem claram,
etsi confusam, jungimus. At, si Ens
a se exceperis, entia reliqua ad unum
omnia sufficientem rationem habent,
cur potius sint, quam non sint: & hinc
etiam definitione reali explicari possunt
ea, quorum definitio nominalis dari
nequit. Exempli loco sit *Voluptas*, cu-
jus equidem nullæ notæ dari possunt,
quibus ab aliis Mentis mutationibus di-
stinguatur; ostendere tamen possumus,

quomodo oriatur, videlicet *ex sensu perfectionis, sive veræ, sive apparentis.*

§. XII. Definitiones reales ostendunt genesin rerum, id est, ex quibus causis & quo modo oriantur (*Part. 1. cap. 1. artic. 4. §. 3.*). Unde jam sua sponte sequitur, ut definitio realis sit *completa*, duo constare oportere: 1.) quæ ad rei genesin concurrant: & 2.) quid unumquodque ad eandem conferat. * Variis autem viis, variis artibus ad utriusque requisiti notitiam pertingimus.

* Ex. gr. Explicare intendis vaporum genesin. Quo casu haudquaquam satis est nosse, aquam, calorem & aërem ad eandem concurrere, verum etiam, quid singula ista ad genesin vaporum conferant, doceri oportet.

§. XIII. Cum enim aliquando ipsis rerum natalibus adesse detur; consequens est 1.) primam esse ac tutissimam definitiones reales inveniendi viam, si rei, dum gignitur vel formatur, præsentem attendamus, & non modo singulas causas concurrentes, verum etiam, quid singulæ suo influxu ad effectum conferant, cum cura observemus. *

* Sic

* Sic addiscimus opera artis, imo etiam multa opera Naturæ: sic & modificationum animæ nostræ, veluti *voluptatis, tædii, gaudii* aliorumque affectuum definitiones reales consequimur. Videatur omnino articuli præcedentis § 12. 13. & 14.

§. XIV. Cum deinde rerum aliarum genesi quidem interesse non detur; structura tamen ipsa vel nudo vel armato oculo pateat; consequens est 2.) viam alteram, nec minus tutam esse, si inprimis singula, ex quibus res conflatur & componitur, singillatim contemplemur: deinde vero eadem inter se conferamus, & ordinem, nexumque eorum data opera examinemus. *

* Hoc modo consequimur notiones machinarum actu constructarum, omnium item corporum organicorum, ceu patet in anatomia corporis humani. Cæterum hic non multa meditatio requiritur, sed magis oculorum acie, attentione ad ea, quæ in oculos incurrunt, & dexteritate manus, ad objecta in suas partes discerpenda, opus est. Usus quoque microscopiorum hic nonnunquam indispensabilis; sic enim nobis innotuit, medullam plantarum esse *con-*
geriem

geriem vesicularum exilium, unctionem urticae esse puncturam aculeorum, per superficiem folii disseminatorum. Plura exempla reperiuntur in Micrographia HOOCKII.

§. XV. Cum etiam multarum rerum structura oculorum nostrorum aciem penitus effugiat, & sola rerum definitio nominalis nobis sit cognita; consequens est 3.) aliam eo casu, & quidem paulo magis arduam ineundam esse viam: scilicet singularum, quæ definitionem nominalem ingrediuntur, notarum notiones distinctas inquirendas, & simul experientias nostras, quas alio tempore forte habuimus, in subsidium vocandas esse. Quæ si porro talia offerant, qualia ad genesis præsentis objecti requiruntur, definitio realis utique reperta: * si talia non suggerant, ejus inventionem in potestate nostra minime positam esse, credendum.

* Ex. gr. Si cognita definitione nominali vaporum, quod sint *particulæ aqueæ, motu quasi spontaneo ascendentes in aëre*, investigare lubeat eorundem genesis, in subsidium vocandæ sunt experientiæ, quas de aqua, aëre, ascensu corporum in

in fluidis alio tempore habuimus, veluti, quod aquæ multum insit aëris, quod aër calore rarefiat, quod aqua ab aëre rarefacto in bullulas resolvatur, quod specificè leviora ascendant in fluidis specificè gravioribus. Quodsi jam hæc principia legitima ratiocinatione combinentur, inventa est vaporum genesis, scilicet aqua, soli aut calori cuicumque exposita, aërem per aquam dispersum rarefieri, & ab aëre rarefacto bullulas formari, non modo aqua, verum etiam ipso aëre specificè leviores, quæ proinde ab aqua graviore sursum extrusæ, in aëre pariter graviore ascendant. Equidem negari nequit, ad hanc viam cum effectu ineundam, & multarum rerum prærequiri notitiam, & roboratum etiam meditandi habitum, ut adeo vires tyronum utique superet; quodsi tamen ipsis occurrerint definitiones reales, utilissimum erit exercitium, si paulo scrutentur altius, quomodo juxta præscriptam methodum inveniri illæ potuerint.

§. XVI. Cum tandem etiam novarum plane rerum, de quibus nobis nihil unquam hæctenus innotuit, definitiones reales ac genesin invenire nonnunquam volupe sit; consequens est 4.) non aliam illo casu

patere viam, quam ut talia, quæ nobis cognita, perspectaque sunt, assumamus, & quid eorum combinatione prodeat, repetitis vicibus, mutatisque subinde circumstantiis periclitemur. *

* Sic in Geometria *puncta* & *lineas* assumimus, atque ex. gr. lineam aliquam circa punctum fixam in gyrum agi concipimus; qua ratione obtinemus definitionem realem *Circuli*; cujus generis exempla complura suggerit BARROWIUS in *Lectiōibus Geometricis* p. 14. & *seqq.* Sic & ex varia combinatione machinarum simplicium variæ resultant machinæ, nobis antea incognitæ. Porro qui in Philosophia experimentalī, Chymia, Architectonica, aut officinis Opificum versantur, & frequentem hujus regulæ usum & utilitatem non modicam experientur. Cæterum & Fortunæ hic non parum tribuendum. Sæpe enim vel casu vel consilio talia conjungimus, quorum conjunctione quid emerfurum sit, minime prævidemus, ac demum, quid prodeat iis conjunctis, non sine admiratione observamus. Sic inventus fuit pulvis pyrius, carbonibus, sulphure ac nitro forte fortuna inter se permixtis, & scintilla in massam delapsa. Nec aliter inventam fuisse

fuisse genesin Phosphori, narrat LEIB-
NITIUS in *Miscellaneis Berolinensibus*.

§. XVII. Porro jam definitionibus
sive nominalibus sive realibus, accurate
collectis, cura meditantis altera sit, *axio-
mata* ex eisdem eruere vel *postulata*, quæ
totidem veluti bases sint reliquarum con-
clusionum, inde derivandarum.

§. XVIII. Cum autem ex defini-
tione *unica*, mediante simplici quodam
ratiocinio, colligantur axiomata & postu-
lata (*Part. 1. cap. 2. artic. 2. §. 2.*); facile
apparet, re hic non alia opus esse, quam
ut eorum, quæ in definitionibus conti-
nentur, notiones distinctas aucupemur,
easque vel inter se, * vel cum ideis qui-
busdam novis ** conferamus, leges ubi-
que ratiocinationum habentes præ oculis.

* Exemplum primi modi. Si definitio-
nem *gaudii* perpendimus, quod sit *af-
fectus ex convictione vel persuasione de
bono nobis præsentem ortus*, in notionem
convictionis, persuasionis & boni inqui-
rendum; unde jam facile erit colligere,
siquis de bono sibi præsentem convictus
videtur, cum non sit, ejus gaudium
expirare posse: quæ propositio in nu-
mero

mero *axiomatum* reponenda. Pari ratione patet *postulatum*: si quis, qui de bono præfente convictus non est, dubius redditur, ejus gaudium expirat.

** Exemplum secundi modi. Si sit definitio: *Totum est, quod ex omnibus sui partibus constat*: eaque compareretur cum ideis novis, *majus* vel *minus*, pronum erit ratiocinari: *Quod ex omnibus sui partibus constat, est majus unaquaque sui parte: totum ex omnibus sui partibus constat: ergo totum est majus unaquaque sui parte.* Quæ conclusio est axioma.

§. XIX. Tertiam præterea curam eo meditantem oportet convertere, ut etiam ex *pluribus* definitionibus, inter se comparatis, accurata ratiocinatione eliciat *theoremata* vel *problemata*, quæ pariter totidem quasi fontes erunt, unde aliæ propositiones quamplurimæ fluent.

§. XX. Cum itaque *theoremata* ac *problemata* ex plurium definitionum collatione ratiocinando deducantur; (*Part. 1. cap. 2. artic. 3. §. 4.*) consequens est, eo pariter præfens totum redire negotium, ut eorum, quæ definitiones ingrediuntur, notiones distinctæ pervestigentur: ea, quæ alias de illis ipsis vel a priori vel a poste-

posteriori cog
vocentur: et
colligere de
num diffin

* Ex gr. Ma

dominam t

u leg. et r

Commoder

asu transp

leg. ut re

Ex utraq

Mutuo,

dominium

moriem r

vise de

casum ju

scitum a

tarium,

periculum

porro; si

dati, reru

memin. risc

elle abutum

ven in Mar

contere

thema sit

modum co

bite. Quo

perum et

accidit. d

usum d

posteriori cognovimus, in memoriam revocentur: ac demum, quid hinc novi colligere detur, juxta leges ratiocinationum dispiciatur. *

* Ex. gr. Mutuum est contractus, quo rei dominium transfertur in alterum gratis, ea lege, ut res in eodem genere restituatur: Commodatum est contractus, quo rei usus transfertur in alterum gratis, ea lege, ut res in eadem specie restituatur. Ex utraque definitione intelligitur, in Mutuo, non in Commodato transferri dominium. Quodsi nunc porro in memoriam revocemus, quæ fortassis alia vice de dominio didicimus, videlicet casum fortuitum nocere domino, manifestum nobis erit theorema: ad mutuatarium, non ad commodatarium spectare periculum rei & casum fortuitum. Ita porro, si definitiones Mutui, Commodati, rerumque fungibilium contenderis, meminerisque, rerum fungibilium usum esse abusum & consumptionem; jam vero in Mutuo, non in Commodato rem consumere licere; facile se insinuabit theorema alterum: Mutuum, non commodatum consistere posse in rebus fungibilibus. Quodsi jam ulterius recorderis, pecuniam equidem rebus fungibilibus accenseri, aliquem tamen etiam ejusdem usum esse sine consumptione; facile

solves

solves problema: *utrum in pecunia commodatum consistere possit?* Posse nimirum, si pecunia non sit usualis, sed in numismatibus rarioribus, quæ & citra consumptionem usum præstant, consistat: vel etiam, si detur, ut ajunt, dicis, non usus gratia.

§. XXI. De *problematis* paulo plura monenda veniunt. Equidem quia *problemata* modum aliquid agendi vel faciendi ostendunt (*ibid.*); facile patet, modum ea investigandi plane cum methodo inveniendi definitiones reales coincidere: ut adeo etiam, ne idem bis agamus, meditationis studiosum ad ea, quæ jam in præcedentibus docuimus, remisisse sufficiat. Cum autem vitia non pauca in resolutione problematum committi & possint & soleant, nefas foret, ea sine censura dimittere.

§. XXII. Quoties enim ea, quæ in resolutione problematis præcipiuntur, per quandam impossibilitatem, sive absolutam sive respectivam, fieri nequeunt; resolutio est *impossibilis*. *

* Ita si quis ex. gr. pro medio sibi reconciliandi gratiam Principis commendaret inven-

inventionem lapidis philosophici vel medicinæ universalis vel perpetui mobilis; ejus resolutio laboraret vitio *impossibilitatis* saltem *respectivæ*, quia, quæ commendantur media, etsi forte Naturam & Artem non absolute superent, saltem non sunt in potestate agentis. Cæterum cave, confundas impossibilitatem *problematis* & *resolutionis*. Ut enim hæc sit impossibilis, non ideo continuo ipsum quoque problema dicendum est impossibile; nisi demonstratum fuerit, alio modo problema resolvi non posse. Hoc ipsum usu venit in dato problemate; alius quippe superesse potest gratiam Principalem venandi modus, quem ad effectum deducere licet. Ergo ipsum problema non est impossibile.

§. XXIII. Quoties deinde ea, quæ in resolutione præscribuntur, fieri quidem possunt, sed effectum, qui intenditur, non producant; resolutio est *falsa*. *

* Ita ex. gr. si ei, quem curæ domesticæ exagitant, ad fugandam tristitiam haustus vini liberalior commendatur; medium, quod præscribitur, est omnino possibile; sed hac ratione fugari tristitiam, atque animo tranquillitatem restitui, verum non est. Equidem fieri potest,

potest, ut, quam diu cum aliis Baccho litat, vinum abstergat curas ac tædia; sed exhalata crapula, tristitia redit, quippe quæ vino sopita fuit aliquatenus, non extincta, suppressa, non sublata. *Falsa* ergo est problematis resolutio de fuganda tristitia.

§. XXIV. Quoties porro, quæ præscribuntur media, ad obtinendum finem quidem sufficiunt, modus vero eadem applicandi, atque ipso opere exequendi latet; resolutio *vera* quidem est, sed *incompleta*. *

* Huc pertinet resolutio *Lockii* de libris cum fructu legendis, dum nexum doctrinarum attendendum, & rationem, cur prædicatum tribuatur subjecto, investigandam esse inculcat; modum vero in hunc nexum, rationemque inquirendi docere neglexit. Præscribit ergo tyronibus, quæ applicare ad usum & exequi non valent; unde resolutio est *incompleta*. Non multum absimiles sunt descriptiones *BOECKLERI* in *Theatro machinarum*, ubi quidem omnes machinarum partes delineatæ sistuntur; sed de earum rationibus & proportionibus, de numero dentium, rebusque aliis ad usum & applicationem spectantibus al-
tum

tum ubique est silentium, quod has machinarum descriptiones admodum reddit *incompletas*.

§. XXV. Quoties denique omnia, quæ in resolutione præcipiuntur, ad modum præscriptum fieri possunt: effectus quoque, ad quem ea ordinantur, sequitur: sed nonnulla ad eundem minime necessaria commiscuntur; resolutio quidem & *possibilis est & vera & completa, sed minus accurata*. *

* Sic ex. gr. si quis cum *Vitruvio* ligna cædi jubet primo autumnno, incisa arboris crassitudine ad mediam medullam: & cum *Alberto* ramos refecari, vulneribus in fastigio luto obductis: & denique circa medium Decembris usque ad medium Februarium arbores dejici, Luna quidem, ut *Vegetio* videtur, decrescente; resolutio hujus problematis Architectonici & *possibilis & vera & completa* quidem est, sed, quia circumstantia Lunæ decrescentis superflua est, *minus accurata*.

§. XXVI. Atque hæc fere sunt, quæ de *axiomatis ac postulatis, theorematibus ac problematis* monenda duximus. At nondum his inventis & collectis, medi-

Q

tandi

tandi labor finitus est; verum quarta meditantis cura eo nunc collimet in posterum, ut ex his quasi principiis nova porro eruantur *corollaria*: quorum sane quamplurima per regulas *conversionis*, *oppositionis*, collatisque ideis novis ope *ratiocinationis* facile reperies. *

* Ex. gr. Ex d. finitione *Commodati*, supra proposita, sequitur axioma: *Re commodata non licet abuti*; alias enim in eadem specie restitui non posset. Ex eo fluunt *corollaria*. 1.) Per *conversionem*: *Quotiescunque nobis res datur ita, ut eam liceat consumere*, (ceu fit in *Mutuo*) *toties non est commodatum. Ergo in re fungibili commodatum consistere nequit.* 2.) Per *oppositionem*: *Falsum ergo est, rem commodatam absumi posse: adeoque & falsum, Mutuum & Commodatum non differre*, utut vocabulo *geliehen* Germani afferant & *Mutuum & Commodatum*. 3.) Denique per *ratiocinationem*: *Si re commodata non licet abuti, hoc est, eam nec consumere nec deteriorare, ergo commodatarii erit, eam diligentissime custodire: ergo & si ea illius culpa vel perit, vel deteriorata est, aut aestimationem solvere, aut damnum resarcire, &c.* Sic & unum theorema plura dabit *corollaria*, si aciem meditationis intenderis.

§. XX
haecenus per
veritares
Nam ubi ve
est 1.) ut om
fieri possit, ex
2.) his observ
theat, ex qua
queant, inver

§. XX
in invenien
ita hic: Inven
Cum enim
bus veluti
effectus &
rune, causi
& consequen
nequit; con
stimendas,
tas esse res
actionem, de
ea nime co
butionem.*
hypotesis illa
ra tantum habet
ostendit.

§. XXVII. Cæterum methodo, hæcenus proposita, magis inveniuntur veritates certæ: paulo aliter probabiles. Nam ubi versamur in *physicis*, necesse est 1.) ut omnia rei phænomena, quoad fieri potest, experiundo perquiramus: & 2.) his observatis & collectis, de hypothesisi, ex qua illa ad amussim explicari queant, invenienda laboremus.

§. XXVIII. Quemadmodum vero in invenienda veritate certa magis *Judicio*, ita hic *Ingenio* ac *Memoria* magis opus est. Cum enim hypothesis illis demum casibus veluti in subsidium vocanda, ubi effectus & phænomena in sensus incurrunr, causis plane latentibus & ignotis: & consequenter, ubi certa causa inveniri nequit; consequens est, vel per *Ingenium* assumendas, vel per *Memoriam* revocandas esse res alias nobis cognitatas, atque actionem, de qua quæritur, iis, quibus ea maxime convenire videtur, esse tribuendam. * Id enim quoties fieri potest, hypothesis illa erit probabilis, & pro vera tandiu habenda, donec meliorem alius ostenderit.

* Regulam exemplo, difficili quidem, perquam tamen apposito illustramus. Acus ferrea, dum polo magnetis adheret, cæterorum more gravium est ad horizontem perpendicularis. Quamprimum vero magnetem alterum admovemus, ex situ verticali attollitur, & in situ ad horizontem obliquo detinetur. Effectus paret, causa nulla in sensu incurrit. Cum autem solidum corpus nullum adsit, cui actiones istæ tribui possint; facile suggerit *Ingenium*, causam hujus effectus aliam esse non posse, quam fluidum quoddam, sensui imperceptibile, quod flumine suo acum e situ verticali dimoveat, impediaturque, ne in eum recidat. Sic enim & *Memoria* succurrente recordamur, quod corpus solidum, e fune suspensum, a fluvio abripiatur, quantum funis permittit. Et quia porro observamus, acum in occursum poli appropinquantis rapi; recte inde colligimus, subtilissimum istud fluidum ex polo magnetis admoti prodire, ac rapiditate sua acum abripere, ita ut impetus fluminis hujus superet gravitatem acus, minor tamen sit vi, qua polo alterius magnetis adheret. Ponitur ergo fluidum, ex polo magnetis prodians, ejusque atmospheram ambiens, pro causa dati phænomeni:

De
 menti:
 probat
 ventu
 §. XVI
 babilitatem ip
 cam, & horum
 ad eas reperie
 quam ut ad G
 quam ad lap
 * Conferat
 secundum
 tialis co
 DE ME
 Cum prop
 rientiam
 io & angust
 time sperare
 religio: nisi vi
 bus ipsi yactu
 eu. primogen
 omnia ad
 rebus, ad
 tinentibus, u
 sui literis co

meni: quæ hypothesis tam diu erit probabilissima, donec melior fuerit inventa.

§. XXIX. Reliquas tandem probabilitatum species, videlicet *hermeneuticam*, *historicam* & *politicam* quod attinet, ad eas reperiendas re non alia opus est, quam ut ad suas quæque regulas, tanquam ad lapidem Lydium examinetur. *

* Conferatur ergo Partis secundæ Caput secundum, ubi has regulas quatuor articulis complexi sumus.

ARTICVLVS III.

DE METHODO LEGENDI.

§. I.

Cum propriam rerum omnium experientiam & limitata experiendi occasio & angusti vitæ humanæ termini minime sperare patiantur; facile quivis intelligit: nisi viam ad varias notiones nobis ipsis præcludere, vel certe exasperare aut prolongare velimus, in subsidium omnino adhibenda esse, quæ ab aliis de rebus, ad diversa scientiarum genera pertinentibus, observata sunt, ac publico viui literis consignata. *

* Non ferendum igitur consilium eorum, qui omnem librorum alienorum lectionem dissuadentes, non nisi bibliothecam trifariam, libros scilicet *Naturæ*, *Scripturæ* & *Conscientiæ* commendant. Veremur enim ac male metuimus, ne exigua isthæc bibliotheca exiguam quoque pariat eruditionem.

§. II. Legendum itaque, at, quia non omnes libri ejusdem sunt notæ, non sine librorum delectu. Cum enim scientiæ nostræ tum augendæ, tum nutriendæ causa legendum sit: scientia porro vel verum spectare debeat vel bonum; consequens est 1.) detestandam esse lectionem librorum ejusmodi, qui vitia vel docent vel alunt. * Imo & 2.) libros, qui honesta voluptate demulcent animum, non aliter, quam ea lege esse perlegendos, ut lectio non in otiosam oblectationem abeat, sed magis in veritatis nucleum, qui cortice verborum obtegitur, inquiret. ** Ac denique 3.) cæteris omnibus anteferendos esse libros, qui ad augendam, cui nos addiximus, scientiam præ aliis maxime sunt idonei. ***

* Ad

De
Ad hanc
vocat
alii,
illustra
enim
ti, acci
libro, re
mitem au
tenem, e
dile rebe
Art. III.
** Exinde
Historia
miles, q
simul
mata,
gere m
re m.
dendis
*** Hi por
d m sci
historia
libroru
Reputat
Monachi
rum Lige
§. III.
bito, ipam
rum fructum

* Ad hanc classẽm pertinent *Fabulæ*, quas vocant *Romanenses*, & ejusdem furfuris alii, qui vitia, veluti amœnis coloribus illustrata, imaginationi sistunt. Quid enim aliud molliori animo, talia legenti, accidet, quam quod Chæreæ, adolescenti, tabulam pictam, quæ Jovem, imbrem aureum Danaæ gremio immittentem, exhibebat, contemplanti accidisse refert TERENTIUS in *Eunuch. Act. III. scen. 5.*

** Exinde patet, quomodo legendi sint *Historici, Poetæ, Comici, Satyrici* & similes, qui sic venantur amœnitates, ut simul graves hinc inde sententias, gnomata, lumina rationis & acumina spargere non negligant. Conferri hac de re meretur PLUTARCHI *Libellus de audiendis Poetis.*

*** Hi porro qui sint, vel ex Viro ejusdem scientiæ perito discendum, vel ex historia literaria, vel ex Auctorum celebriorum catalogis; cujusmodi sunt *Apparatus Posssevini, Bibliotheca Soutwelli, Memorabilia Trivoltiana, Acta Eruditorum Lipsiensia* &c.

§. III. Porro delectu librorum habito, ipsam legendi methodum, ut verum fructum pariat, tribus concludi capitibus

pitibus videtur. Cura enim omnium prima eo conferenda, ut veram Auctoris mentem assequamur. Altera, ut doctrinarum, quæ proponuntur, qualitatem, veritatemque dijudicemus. Tertia, ut, quæ digniora visa fuerint, memoriæ altum infigamus.

§. IV. Cum ergo in primis *mens Auctoris* assequenda: & hinc nequaquam sufficiat, exteriorem verborum corticem oculis externis perlustrare, sed interno Mentis oculo scrutandus ac veluti pervidendus sit sensus, qui ab Auctore intenditur; consequens est 1.) justam *attentionem* ad legendum afferri oportere.*

- * Quoniam igitur lectionis attentæ contraria sunt lectio *deproperata, distracta, turbata*; naturalis plane est consequentia 1.) legenti festinandum esse lente. 2.) Mente, ab alienis cogitationibus vacua, ad legendum accedere oportere. 3.) In solitudine, vel certe alto silentio lectioni vacandum esse.

§. V. Cum autem non raro loca in libris se offerant, adeo obscura & ambigua, ut etiam legentem, utut attentum atque circumspectum, torqueant; consequens

quens est
regulas He
que sentus
occurrit,
tionem divi
* De his
Art. 1.

§. VI.
quam inter
cum adjuv
quod evolvi
ma, itemq
fine atque
§. 6. in job
prafationi
lent, tum
rito in lect
esse.

§. VII.
mene probe
larum doctri
tas ac curas
prezum nec
caute cogit
antequam ad
a praequam

quens est 2.) in promptu habendas esse *regulas Hermeneuticæ*, quæ quotiescunque sensus Auctoris incertus ac dubius occurrit, ad verosimilem ejusdem intentionem divinandam adhibendæ. *

* De his actum supra *Part. 2. Cap. 2. Artic. 1.*

§. VI. Cum porro tam attentionem quam interpretationem mirum in modum adjuvet prævia notitia de universi, quod evolvendum sumis, operis œconomia, itemque de Auctoris vita, secta, fine atque instituto (*Part. 2. cap. 2. artic. 1. §. 6. in schol.*); consequens est 3.) tum præfationi, ubi pleraque ista exponi solent, tum generali rubricarum indici merito in lectione primum locum dandum esse.

§. VII. Cum deinde, Auctoris mente probe explorata & cognita, singularum doctrinarum dijudicanda sit *qualitas ac veritas*: judicium vero supponat præviam nec studio partium occupatam causæ cognitionem; consequens est 1.) antequam ad lectionem accedas, mentem a præjudicatis opinionibus liberandam esse.*

* Alias enim Auctor iudicatus est, antequam auditus, quod certe vitio nullitatis, siquidem in subtrato ita loqui liceat, non caret. Talia porro sunt præjudicia *auctoritatis* ac *præcipitantiæ*, vi quorum abeujus sententiam, quamvis nunquam expensam, ob personæ qualitates recipimus, rejicimusve. Non multum ab his abluunt præjudicia *antiquitatis*, *novitatis*, *receptæ hypothejeos*, *bonoris famæ*, *probitatis*, quibus a puero plerumque imbuimur. Cæterum præsentissimum contra hos Rationis morbos antidotum est *dubitatio*, modo non sit *Sceptica*, sed ex *Cartesii* consilio *methodica*, hoc est, ad inquirenda utriusque partis argumenta comparata. Porro hanc non excitabis facilius, quam si cogitaveris: quemadmodum viri & *magni*, & *celebres* & *probi* & *canitie venerabiles* aliquando & errarunt & errare potuerunt; ita vicissim & *Olitorem nonnunquam esse quædam opportuna locutum*.

§. VIII. Cum etiam alia censura esse debeat doctrinarum *principalium* & *illustrantium*: & hic una utramque, eademque decempeda metiri non liceat; consequens est 2.) doctrinas *principales* a doctrinis *illustrantibus* accurate fecerendas,

rendas, ac
revocand

* Nam de
vera fin
et dicit
spira, &
causand
dum. C
severius

§. IX.
pales vel i
conclusionib
tas a mater
legimo cu
sequens e
suam class
las cuivis
tere. *) *

* Quotie
tus agr
veritatem

nam, q

quos i

tem.

hinc

dimin

si pro

certa

nendas, atque ad suam quamque crisin revocandam esse. *

- * Nam de doctrinis principalibus 1.) an verae sint? & 2.) an utiles, completae, ordinatae? de illustrantibus, an sint perspicuae, & ad doctrinam principalem declarandam accommodatae, examinandum. Cum bis ergo mitius, cum illis severius agendum.

§. IX. Cæterum doctrinae principales vel in principiis consistunt, vel in conclusionibus. Unde cum illorum veritas a materia: harum a forma, id est, legitimo cum principiis nexu pendeat; consequens est 3.) doctrinas singulas ad suam classem reduci, & secundum regulas cuius classis proprias dijudicari oportere. *) **)

- * Quoties igitur de principiis examinandis agitur, vel quaeritur de eorundem certitudine vel de probabilitate. Si primum, quatuor fontes certitudinis, de quibus Part. 2. Cap. 1. egimus: si alterum, fundamenta ac regulæ probabilitatum, quas Parte 2. cap. 2. tradidimus, iudicium instruent. Et rursus, si principia ad classem eorum, quæ certa sunt, ab Auctore referuntur, vel erunt

erunt *experientiae*, & Partis tertiæ Capituli primi Articulus primus: vel erunt *definitiones*, *axiomata*, *postulata*, *theoremata* aut *problemata* & ejusdem Capituli Articulus secundus certissimam iudicandi normam suppeditabit.

** Ubi vero de *forma* sive *nexu conclusionum cum principiis* iudicium faciendum, leges *Consequentiarum*, *Ratiocinationum* ac *Demonstrationum*, quas *Part. 1. Cap. 2. Artic. 5. 6. & 7.* nec non *Cap. 3. per totum*, itemque *Part. 2. Cap. 1. Artic. 1. §. præsertim 6. & 7.* recensuimus ac stabilivimus, facile rationes decidendi suggerent.

§. X. Cum denique, doctrinis rite perspectis ac dijudicatis, *memoriæ* quoque consulendum: ea vero admodum sit *lapis*, vel saltem cum ætate crescente *decreseat*; consequens est 1.) omnino consultum esse, ea, quæ memoriæ digniora inter legendum offendimus, *in adversaria referre*, & futuris usibus *asservare*. *

* Neque est, cur laboris in excerptando adhibendi quenquam pœniteat. Quotusquisque enim est, qui thesauris comparandis inhiat, & eorum custodiam in postremis habet?

§. XI.

§. XI.
methodus
rula est
promptus
quæ norma
titulos, con
da, vel alteri
gini, aut cha
esse adscriben

* Posterior
præhab
versas
tur, &
tis indi

§. XII
bus excerpt
tem ubi vis
consequens
loca, unde
breviter eor
elle: si alie
si opere præ
describitur.

* Ex hinc
rion Mo
dum
quæ ne
accolu

§. XI. Cum porro ea excerptendi methodus sit optima, quæ & minus operosa est, & res excerptas quærenti promptius exhibet; consequens est 2.) ea, quæ notanda existimas, vel sub certos titulos, confecto eorum indice, referenda, vel alterius cujusdam systematis margini, aut chartis mundis eidem insertis, esse adscribenda. *

* Posterior ergo methodus vel ideo priori præhabenda, quia sic & res, quæ diversas disciplinas respiciunt, separantur, & non alio, quam ipsius systematis indice opus est.

§. XII. Cum tandem libri, ex quibus excerptimus, vel nostri sint aut saltem ubivis obvii, vel rariores & alieni; consequens est 3.) si primum, non nisi loca, unde singula delibavimus, expressa breviter eorundem sententia, adnotanda esse: sin alterum, loca omnino integra, si operæ pretium facere volueris, esse describenda. *

* Ex horum numero potissimum sunt rariores *Manuscripta*, *Diplomata*, aliaque *documenta* ex Archivis publicis, ad quæ nec semper, nec cuicumque pater accessus.

CAPVT II.

DE METHODO VERITATEM
PROPONENDI.

Sibi sapere præclarum est, verum & sibi & aliis sapere longe præstantius, & viri consummati proprius character. Atque ea res fecit, ut post veritatis *inveniendæ* methodum, pro instituti nostri ratione expositam ac demonstratam, eam quoque, quæ modum veritatem *proponendi* instruit, suis legibus ac præceptis circumscribendam duxerimus. Porro autem veritas vel *viva voce* proponitur vel *calamo*: & rursus, si viva voce, vel *docendo* erudiuntur discipuli, qui auribus adsunt & linguis favent: vel ii, qui antithesin defendentes, nobis contradicunt, *disputando* vincuntur. Quamobrem universum præsentis capituli ambitum ad tres itidem articulos reducimus.

ARTICVLVS I.

DE METHODO DOCENDI.

§. I.

TRia potissimum sunt, quæ in universo docendi negotio, quo debitus eidem

eidem fructus respondeat, nobis expendenda videntur. Cum enim docendi munus sit relativum, quod vel ideo pro eo, ac decet, exerceri minime potest, quin simul eorum, quibus discendum, habeatur respectus & ratio; facile patet, imprimis in qualitates *docentis*: tum vero in ipsum *docendi modum*: ac denique etiam in officia eorum, qui *docendi* veniunt, nobis inquirendum esse.

§. II. A docente, utpote persona principali, ducendum initium: cujus quidem dotes, siquid videmus, tribus maxime numeris absolvi videntur. Cum enim prius fit *sibi* sapere, quam *aliis*, hoc est, nemo scientiam, quæ ipsi vel nulla hætenus, vel tenuis admodum obtigit, aliis ad gradum congruum instillare possit; consequens est 1.) neminem docendo satis idoneum esse, nisi in eo disciplinæ, quam profitetur, *scientia sit adulta, defæcata, ac diuturno usu veluti subacta.* *

- * Pessime igitur & sibi & alias consulunt, qui intempestivo pruritu arduum docendi munus affectant, antequam ætas, diuturna meditatio & usus cruda studia ad maturitatem provexerint. Equidem

dem non ignotum illud: *docendo discimus & fabricando fabri finus*; ac hic non de docentis, sed eorum, qui doceri cupiunt, commodo & fructu quaeritur. Certe Nilus, antequam abundet ipse, arida Ægypti arva non irrigat: nec multum ditesces ab eo, cui ipsi curta supellex domi.

§. III. Cum deinde, experientia testante, compertum sit, doctrinas ab eo, cui suavitas amorem, fama ac fiducia auctoritatem conciliavit, & excipi avidius, & ponderari diligentius; consequens est 2.) eum, qui docendi munere singulari cum fructu fungi velit, *auctoritatem, comitate ac suavitate temperatam*, præ se ferre oportere. *

* Duo igitur extrema vitanda sunt iis, qui docent. 1.) Elatum nimis supercilium, quod eorum est, qui veluti totidem severi Catones: extra consueta lectionum tempora, vix unquam discipulos suo dignantur alloquio. 2.) Consuetudo nimis frequens ac familiaris, quæ, quia nævos detegit, contemptum parit. Verum hoc genere non possunt non impingere ii, qui familiaritate magis, quam fama publica ac fiducia auditores sibi quaerendos autumant.

§. IV.

§. IV. Cum denique præceps dicendi genus auditorum attentionem antevertat, babutiens fastidium afferat, affectatum, coactumque una cum ipso differente audientem fatiget; consequens est 3.) *eloquentiam* in docente requiri omnino *nativam*, cujus proprii characteres sunt, ut nec præcipitando justo citius sermonem deproperet, nec hæsitet balbutiendo, nec affectando lassetur, sed quasi nihil agendo animis auditorum se sponte insinuet. *

* Cave ergo, *eloquentiam* confundas cum *loquacitate*, quæ, dum eloquentiæ speciem mentitur, cumulando sensus synonymus, tertio quovis verbo infarciendo parentheses, per digressiones, a præsentis objecto profus alienas, divagando, insidias auribus facit, mentes vera eruditione defraudat.

§. V. Ad modum docendi porro quod attinet, ex ipso, quem docendo intendimus, sine & scopo facile patet, eum esse debere 1.) *perspicuum*, ad tyrones distinctis notionibus informandos: 2.) *demonstrativum*, ad eosdem de veritate doctrinarum convincendos: ac demum 3.)

R

non

non *synonymum*, seu *identicum*, sed *philosophicum*, ad ea, in quibus systema explanandum deficit, supplenda, augendaque.

§. VI. Cum itaque modus docendi imprimis esse debeat *perspicuus*: talis autem tum demum sit, si omnem removeat obscuritatem: obscuritas porro vel in vocibus resideat vel in rebus ipsis; consequens est 1.) terminos technicos cum cura explicari: * 2.) vocabulorum, siqua hujus generis occurrant, homonymiam diligenter evolvi, quique significatus præsentis sit loci, determinari: ** 3.) accuratas rerum definitiones afferri, & quomodo per illas res ab aliis discernendæ sint, ostendi: 4.) quæ luce egent, exemplis aptissimis, ac perspicuis illustrari: ac tandem 5.) an auditores omnia satis perceperint, instituto examine explorari oportere. ***

* Halluccinantur ergo, qui infra dignitatem suam fore existimant, si in explicandis terminis *technicis*, tanquam rebus minimi versentur. Nam parva putanda non sunt, sine quibus majora non constant. Quo pacto autem penetra-

netrab
idiom
tyro
Exemp
doceri
tignu
frat
ra, m
alia data
** Cum
res ec
nisi pr
netur,
eidem
gat, al
tulio &
*** Et
ideo
cudenc
quousq
ctum e
finitus
dier mer
id quod
mundo
Art. 2
(. VII
perspicuum
turbatus,

netrabuntur doctrinæ principales, si in
 idiomate, scientiæ solenni ac proprio,
 tyrones fuerint hospites ac peregrini.
 Exemplo sit Jurisprudentia, quæ sane
 doceri nequit, quin vocabula technica,
ignum, constitutum, res fungibilis, actio
stricti juris & bonæ fidei, purgatio mo-
ræ, nunciatio novi operis, & sexcenta
 alia data opera explicantur.

** Cum enim vocabulis *homonymis* plu-
 res ac diversæ ideæ respondeant, certe,
 nisi præsentis loci significatus determi-
 netur, nihil accidit facilius, quam ut
 eidem termino aliam ideam docens jungat,
 aliam discens; sed qualis inde con-
 fusio & logomachia?

*** Et hæc examinandi methodus vel
 ideo magni facienda, quia sic in pro-
 cedendis ideis rerum *adæquatis* apparet,
 quousque *analysis* continuanda? Di-
 ctum enim supra, ne processus sit in-
 finitus, ibi finiendam esse analysin, ubi
 alter mentem nostram ex asse intelligit,
 id quod non aliter certius, quam exa-
 minando patebit. Vid. *Part. 3. Cap. 1.*
Artic. 2. §. 10. cum scholio.

§. VII. Cum porro nihil magis
 perspicuitati contrarium sit, quam ordo
 turbatus, nimia rerum multitudo, &

quidem earum maxime, quæ sunt a materia substrata paulo magis alienæ; consequens est 4.) male docere eos, qui depromunt ἡσέρον πρώτερον, & sic primum ultimo, atque ima summis commiscunt. * Nec non 5.) qui altero quovis passu densas Auctorum catervas evocant: ** Ac denique 6.) qui in digressiones, doctas illas quidem, sed a proposito abludentes atque alienas se effundunt. ***

* Quem vero ordinem servare deceat, partim ex tradita superius methodo meditandi, partim ex iis, quæ de methodo scribendi docebitur, apparebit.

** Interim tamen nemo ea sic a nobis dici existimet, ac si omnem citandi morem penitus eliminandum putemus. Laudabilis profecto hic usus est & omnino retinendus, modo non in abutum degeneret, nec ipsæ disciplinæ cum historia literaria confundantur, verum delectu habito, fontes saltem nobiliores fideliter ac sincere indicentur.

*** Ita & hoc loco minime intelligendæ sunt digressiones ejuscemodi; quæ ad doctrinas principales illustrandas faciunt. Tantum enim abest, ut per has a materia substrata discedatur lon-

gius, ut potius in eandem intimius penetretur.

§. VIII. Cum deinde modum docendi oporteat esse *demonstrativum*, hoc est, auditoribus convincendis idoneum; consequens est 7.) ut compendium, cujus in docendo ductum sequaris, eligendum sit ejusmodi, in quo doctrinæ omnes, assertionibus brevissimis comprehensæ, ad sua principia revocentur. * 8.) Ut etiam, an definitiones vel experientia, in eo tradita, recte se habeant, suo utrumque modo demonstrandum sit. ** 9.) Ut & semper inculcandum sit auditoribus, quomodo singulæ doctrinæ, siquidem ad classem certorum spectent, cum axiome vel definitione cohæreant, sin vero ad sphæram probabilium pertineant, suo quæque probabilitatis fundamento innitantur. 10.) Ut cautissima docenti danda sit opera, ne ex principiis pugnantibus doceat. ***

* Talis compendii specimina complura; numeris omnibus absoluta, dedit HEINNECCIUS in *suis Operibus Juris Civilis*, ubi accuratas rerum definitiones præmittit: ex definitionibus axiomata

eruit: ex axiomatis denique omnia, quæ ad materiam substratam pertinent, corollaria deducit.

** Porro, quod *definitiones* recte se habeant, alterum convincimus vel res, a quibus abstractæ sunt, sensui obijciendo, vel saltem in memoriam revocando. Ita &, si de definitionibus *realibus* quæritur, sola sæpe attentio ad res præsentibus sufficit, aut eorum, quæ in rei genesi assumuntur, possibilitas, vel a priori vel a posteriori demonstranda. Quodsi vero cum *experientiis* negotium nobis fuerit, eas vel præsentibus iis, quos convictos volumus, reiterare, vel, si id in potestate nostra non sit, observationes aliorum in subsidium vocare oportet, quæ deinde ad trutinam probabilitatis historicæ expendendæ.

*** Denique & nexum istum ostendere, non erit difficile ei, qui ratiocinationum leges perspectas habet. Ubi enim principia præsto sunt, ibi formam demonstrationum illæ facili negotio subministrabunt. Id vero magis providendum, ne principiorum, quæ alio tempore tradidisti, oblivio tibi subrepat, vel, ubi prælectionibus te præparas, modo hoc, modo illud systema evolvas, &
 fic

fic diversis locis diversa adoptes principia.

§. IX. Quia vero de doctrinarum nostrarum veritate vix plene convictus est, qui non simul de falsitate sententiæ oppositæ edoctus; consequens est II.) non solum auditores, qui scrupulos sibi eximi petunt, amanter audiendos: sed & 12.) dissentientium placita motu proprio exponenda, & breviter, at nervosè refutanda esse. *

* Id porro optime effectum dabis, si 1.) statum controversiæ perspicue formaris: 2.) argumenta dissentientium candide retuleris: ac demum 3.) ea ex principiis tuis solide refutaris. Ex tuis dicimus. Plurimum enim inde principis tuis robur accedit, si non modo ex iis tuæ doctrinæ demonstrari, sed & argumenta contraria ex iisdem convelli possint.

§. X. Cum demum modum docendi deceat esse *philosophicum*, hoc est, non *synonymum*, sed uberioribus meditationibus auctum; consequens est 13.) doctrinas, quas ipsum systema exponendum offert, non meris sensibus synonymis

mis efferendas, & sic eandem crambem recoquendam esse: * sed 14.) omnem docendi methodum ad ea capita reduci oportere, ut vel *supplendo*, vel *ampliando* vel *restringendo*, vel *corrigeno* vel *illustrando* auctorem nostrum interpretemur. **

* Quisquis enim ita se gerit, *Grammaticum* agit, non *Professorem disciplinarum*, quippe cujus est *rem* docere, non *idioma* aut vertere aut variare.

** Horum omnium exempla optima præbet Jurisprudentia. Hanc enim quisquis tradendam sumit, eo tenetur omnem curam convertere, ut, ubi auctor assertorum rationes negligit, eas *suppleat*: ubi asserta auctoris nimis generalia, ea *restringat*, & exceptiones, quibus obnoxia sunt, *recesseat*: si, quod juris est in casu, in auctore expresso, idem quoque obtineat in aliis, procedat *ampliando*: si quando ab auctore dissentiat, eundem, allatis hanc in rem argumentis, *corrigan*: ac denique, quotiescunque visum fuerit, auctoris tradita, casu in medium prolato, *illustrat*.

§. XI. Tandem nunc etiam de officiiis, quæ ipsis discentibus incumbunt, paucis

paucis vic
gus non
tus & ce
venit di
centes, si
velint, m
* Acceder
scientias
Intellect
gradu
teriam
vata
quot,
dici
aucto
vie i
cens
tur:
mesti
atque
lection
necessari
pura
§. XII
passive h
quas docer
lum am
sare tenen

paucis videndum. Cum autem id in vulgus notum sit, causam agere & eo certius & celerius, quo magis subjectum invenit dispositum; consequens est 1.) discentes, si prælectiones cum fructu audire velint, *rite dispositos* accedere oportere.*

* Accedent autem rite dispositi, si 1.) scientias præliminares, eas scilicet, quæ Intellectum in meditando exercent, in gradu sufficienti attulerint: & 2.) materiam futuræ prælectionis lectione privata occupaverint. Quod posterius quot, quantaque commoda secum ferat, dici non potest. Sic enim fit 1.) ut auctoris nuda, ut jacent, tradita prævie intelligantur: & hinc 2.) quæ docens de suo addit, facilius distinguantur: nec non 3.) quæ in lectione domestica paulo difficiliora visa fuerint, atque ideo peculiarem in futura prælectione mereantur attentionem, in antecessum constet, & quæ sunt similia plura.

§. XII. Cum præterea non mere passive se habere debeant auditores, sed, quas docens propinat, doctrinas non solum auribus excipere, sed & mente versare teneantur; consequens est 2.) dum

ipsis prælectionibus interfunt, eas auditorum partes esse, ut *justa attentione* veluti ex ore docentis pendeant, atque hujus meditationibus & suas jungant.*

* Porro hanc attentionem nec excitabit nec fovebit aliud, quam ipsa discendi aviditas, ac disciplinæ, cui operam tuam impendis, amor. Cur enim somnus non facile obrepit iis, qui spectant comedias, aut aliis objectis, quæ amant, intendunt?

§. XIII. Cum denique non alterius quam solius discantis labor esse possit, ut doctrinarum, de quibus convictus fuit, memoriam conserveat; consequens est 3.) finita quaque prælectione, singula ejusdem capita *reiterata domi meditatione* ruminanda, quin &, quæ inter illa magis præcipua visa fuerint, paucis adnotanda esse.*

* Cæterum, ne multarum doctrinarum memoria evanescat, antequam eas domi ad secundam meditationem revocaveris, vel maxime consultum est, ut finitam prælectionem, quam proxime fieri potuerit, hoc rememorandi studium excipiat.

ARTICVLVS II.

DE METHODO DISPUTANDI.

§. I.

Disputare dicimur, quoties alium, a thesibus nostris dissentientem, ac defendentem antitheses, de veritate sententiæ nostræ coram convincere satagimus, contraria, quæ ab illo opponuntur, argumenta ex principiis nostris diluendo ac refutando. *

* Nota igitur unica, per quam *disputatio* differt a *refutatione in specie sic dicta*, est, quod *illam* coram & viva voce, *banc* ad pulpitem & calamo exequamur.

§. II. Cum itaque in omni disputationis congressu duæ personæ vices alternas obeant, *opponendo* altera, & altera *respondendo*; rectissime nos facturos existimamus, si primum officia, quæ utrique parti communia sunt, tum vero ea, quæ cuique propria, alternatim determinemus.

§. III. Communia disputantium officia fluunt ex ipso disputationis fine. Cum enim contraria juxta se posita magis elucescant:

cescant: & hinc disputationes non alio contilio suscipiantur, quam ut ex accurata theseos & antitheseos comparatione tanto certius, ultra ex parte stet veritas, appareat; consequens est i.) solam veritatem quærere, non vanam gloriolam disputando aucupari oportere, adeoque *sine præjudiciis*, quæ mentem excecant, cum primis autem *sine spiritu contradictionis* ad disputationem accedendum esse. *

* Quodsi enim cum homine, qui spiritu contradictionis, non studio veritatis agitur, disputas, æthiopem lavas. Quantumvis enim ille victus, convictusque fuerit, nunquam tamen habebis confidentem. Quin clausis potius oculis, ipsam negabit lucem meridianam. Sed quam directe contra omnem disputationis finem ac indolem, nemo non videt. Tantum enim abest, ut se convictum fateri, cuiquam erubescendum sit, ut potius gloriosum videri debeat pro veritate succumbere.

§. IV. Cum etiam odia, aliorumque affectuum turbatorum astus vel maxime tenebras veritati offundant: & hinc disputationem esse deceat bellum pacatum & concertationem amicam; consequens est

est 2.) *convitia, sarcasmos, & Jcurriles in-
vectivas* procul ex disputatione exulare
oportere. *

* Hinc est, quod passim dicitur, hoc ar-
morum genere non propugnari verita-
tem, sed impugnari, imo confodi &
inter manus veluti itrangulari.

§. V. Cum præterea ipsa veritatis
possessio, tanquam objectum litis, ex-
pugnanda, occupandaque sit, non soli
colligantes strophis ac stratagematis ca-
piendi; consequens est 3.) aperto Marte
pugnare oportere, hoc est, *a fallacis &
sophismatis* abstinendum, & non aliis,
quam *demonstrationibus perspicuis ac legi-
timis* utendum esse. *

* Sophistate enim quoties implicas dis-
sentientem, eum quidem ludum facis,
atque in regulis ratiocinandi parum
versatum esse ostendis; quia vero so-
phisma est demonstratio falsa, speciem
probabilitatis mentiens, thesin ipsam
minime evertis, & consequenter, utra
sententia sit verior, nondum palam est.

§. VI. His ita præmissis, ad spe-
cialia nunc, & quæ cuique parti propria
sunt, officia descendendum. Quæ qui-
dem

dem nobis accuratius nonnihil expendentibus, omnino cum iis, quæ partibus, in lite forenfi versantibus, incumbunt, coincidere videntur. Unde etiam huic comparationi insistemus perpetuo, rationes utrinque parallelas subduçturi.

§. VII. Cum itaque ante litem Aetoris sit libellum offerre, eumque, nisi tanquam ineptum rejici velit, minime obscurum, ambiguum, perplexum; consequens est 1.) Respondenti quoque, qui ad certamen provocat, incumbere, ut thesin *claram & perspicuam* crisi subjiciat, vel certe, siquid ei obscuritatis insit, id alterius rogatu *explicit*. *

* Nam si libellus obscurus est, & quæ sit Aetoris intentio, non satis apparet, nescit Reus, utrum cedere debeat, an lite contendere? Et ubi thesis ambigua fuerit vel perplexa, & hinc ab Opponente aliter, ac Respondens velit, intellecta, vel etiam in alterius sententiam, quam non intelligit, concedet ille, vel certe, si contentio suscepta fuerit, innumeris logomachiis dabitur occasio.

§. VIII. Cum deinde, libello oblato & communicato, ex parte Rei exigatur

gatur litis contestatio specialis, sive ad singulas libelli partes responsio categorica; consequens est 2.) thesi proposita & explicata, similiter *Opponentis* esse, *statum controversiæ formare*, id est, quem thesios articulum impugnare, quæ ejusdem capita intacta relinquere decreverit, specificè determinare. *

* Ut enim prius Actorem, sic posterius Opponentem ab onere superflue probationis liberat. Itaque, si fingamus, thesin a Respondente propositam esse: *Depositum est contractus realis & bonæ fidei, quo res alteri gratis custodienda traditur, ea lege, ut, quodcumque deponenti placuerit, eadem in specie restituatur*; jam in hunc fere modum Opponentem erit differendum: se 1.) non negare, *depositum esse contractum*, multo minus, 2.) *eum esse contractum realem & bonæ fidei*. Largiri se etiam 3.) *depositum tradi custodiæ causa, & quidem 4.) gratuita*. Denique 5.) *extra litem esse, depositum ad beneplacitum deponentis restituendum esse*. Unam restare quæstionem, in qua dissentiat ipse, nempe *an in omni deposito eadem res in specie restituenda?* Affirmari hoc in thesi, sibi vero veriore videri antithesin: *in quodam deposito non esse rem eandem in specie restituendam*.

Jam

Jam unusquisque videt, hic Rhodum, hic saltandum esse.

§. IX. Cum porro litem contestatam excipiat probatio: quæ quidem regulariter incumbit Actori, nisi Reus obmoveat exceptionem facti, quæ ab eo probanda; consequens est 3.) statu quæstionis formato, *Opponenti* quoque liberum esse, utrum prævie probationem thesios a Respondente exigere, an se statim ad probandam antithesin accingere velit. Sed hujus probatio consistat in syllogismo, cujus conclusio sit ipsa antithesis, thesi contradictoria.*

* Dicimus *contradictoria*. Nam quia *contrariæ* simul falsæ: *subcontrariæ* simul veræ esse possunt (*Part. 1. Cap. 2. Art. 5. §. 4. & 5.*); hinc, nisi opponatur antithesis contradictoria, fieri potest, ut vel theses uterque *veras*, vel uterque *falsas* defendat. Quare, ubi impugnanda foret thesis proposita, sic rectissime Opponens suum syllogismum construeret: *Si res fungibilis deponi potest, ea lege, ut saltem in eodem genere restitatur, sequitur, in quodam deposito rem non esse restituendam in specie: atqui verum est prius: ergo & posterius, scilicet in quodam deposito rem non esse restituendam*

dam in specie. Nam hæc conclusio ipsam continet antithesin, thesi contradictoriam.

§. X. Quemadmodum deinde exceptio Rei Actori communicanda, præfixo certo ad replicandum termino; ita nunc spatium *Respondenti* relinquendum, tum pro argumento assumendo, quo illud rite a se intellectum comprobet, tum pro ipsa responsione decernenda. Cum vero argumentum oppositum vel in *forma* vacillare queat vel in *materia*; consequens est 4.) si primum, vitium statim indicandum esse; * *si alterum*, novam probationem præmissæ falsæ esse exigendam. **

* Equidem ea in re hodie plerumque sunt negligentissimi, sed non sine ingenti suo incommodo; cum neglecto formæ vitio ad materiam respondere velle, plerumque sit oleum ac operam perdere. Id experti sunt veteres in argumento MELISSI: *Si ens generatur, habet principium: sed non generatur: ergo non habet principium.* Cum enim *formam* examinare debuissent juxta regulas *Part. 1. Cap. 3. Art. 3. §. 3.* traditas, illi in *materia* frustra mentis aciem hebetarunt.

S

** Ita

** ita similiter, si Respondens propositionem aliquam negare nolit, nondum tamen, quo tendat Opponens, intelligat, ejus probationem ulteriorem potest exigere.

§. XI. Responsione data, res iterum ad *Opponentem* redit, qui jam pro re nata vel formam vitii incusata[m] vindicare tenetur, vel præmissæ negatæ probationem suscipere. Quoniam vero probatione minime defunguntur ii, qui probationis loco in vagas declamationes aut locum quendam communem excurrunt; consequens est §.) ab hoc communi vitio opponentem abstinere, ac potius de probatione & *formali* & *concludente* sollicitum esse oportere. *

* Hinc ex. gr. si in syllogismo supra proposito negaretur minor, male ageret Opponens, si loco probationis in locum communem excurreret, ac prolixè doceret, dominum esse rerum suarum liberum moderatorem & arbitrum, adeoque rei suæ legem dicere posse, quamcunque voluerit, nihil igitur obstare, quo minus rem fungibilem ita, ut depositario eadem uti liceat, & saltem in eodem genere restituatur, possim deponere, & quæ sunt generalia id

id genus ac notoria plura. Rectius autem minorem suam breviter probaret hoc modo: *Quod leges ipsæ agnoscunt, id fieri potest: atqui leges ipsæ agnoscunt, rem fungibilem deponi posse, ea lege, ut in eodem genere restituatur: L. 31. ff. locati. Ergo.*

§. XII. Probatione concinnata & proposita, ordo rursus *Respondentem* tangit, cui illa perinde, ut argumentum, accurate assumenda. Atque hæc respondendi ex una, probandique methodus ex altera parte continuanda usque eo, donec totum fundamentum, quod *Opponens* suæ antithesi substravit, in apricum emerferit. Huc vero ubi ventum fuerit, jam præcipuum *Respondentis* officium se debet exserere, solvendo argumentum.

§. XIII. Cum autem *Opponentis* argumentum, nisi thesin omnino perimat, vel ita comparatum sit, ut thesin nostram minime tangat: vel ut ex illius principio thesis nostra perinde ac antithesis deduci possit: vel ut adducto casu contrario ostendi queat, præmissam ejus aliquam non esse universaliter veram: vel denique, alio sensu veram, alio falsam esse; conse-

quens est 6.) primo casu per *concessionem*, secundo per *inversionem*, tertio per *instantiam*, quarto per *distinctionem* respondendum esse. *

* Sic ex. gr. ad locum communem, de quo supra §. 11. in scholio diximus, responderi potest 1.) per *concessionem*; totus enim quantus thesin nostram non tangit, multo minus evertit. 2.) Per *instantiam*: Nam licet dominus possit rei suæ legem dicere, quam voluerit, adeoque & rei fungibilis usum alteri concedere gratis atque ea lege, ut saltem in eodem genere restitatur, haudquaquam tamen potest efficere, ut tale negotium sit *commodatum*: ergo neque, ut sit *depositum*... Deinde syllogismus ibidem propositus solvi potest 1.) per *inversionem*: Quod leges ipsæ non agnoscunt, id non est: atqui negotium, quo res in alterum gratis transfertur ea lege, ut saltem in eodem genere restitatur, leges ipsæ non agnoscunt pro *deposito*, sed pro *mutuo*, L. 24. §. 26. §. 1. ff. *Depositum*: ergo non est *depositum*, sed *mutuum*. 2.) Per *distinctionem*, si nimirum distinctione facta inter *depositum regulare & irregulare*, concedas antithesin de *posteriore*, sed de *priore* neges.

§. XIV.

§. XIV. Cum igitur præter recensitas quatuor responsionum species non superfit alia, quæ ut loquuntur in foris, pertinens, relevansque videri queat; consequens est 7.) aërem verberare, & nihil agere eos, qui neutrum ex dictis modis usurpantes, aut vagis clamoribus eludere conantur argumentum, non elidere, aut loco responsionis ad probationem thesicos, veluti ad sacram anchoram, confugiunt. *

* Hinc uti Respondens *Opponentem*, extra oleas vagantem, suo jure monere potest, ut formaliter *opponat*; ita pariter ipse, ab argumento proposito desectens, recte urgetur, ut *respondeat* formaliter. Quam in rem utiles sunt *Opponentis* interrogationes: *ad quam propositionem respondes? anne concedis illam? an distinguis? &c.*

§. XV. Et hucusque tertius disputandi actus pertingit. Sequitur quartus, quo, sicut Reus Actoris replicam duplicando refellit; ita jam *OppONENTI* id agendum, ut datam solutionem, quo potest, modo infringere allaboret.

§. XVI. Cum autem quatuor sint responsionum genera, quorum singula

opponentis argumentum aliter atque aliter elidunt; consequens est 8.) singulas quoque Opponentis instantias singulis responsionibus accommodari oportere. *

* Nam si Respondens totum argumentum *concessit*, ostendendum est, argumentum omnino vel immediate vel mediate thesi contradicere. Si responsum fuit per *instantiam*, Opponentis est probare, casus in contrarium adductos penitus a suo discrepare, vel loco instantiæ id ipsum, quod in quæstione est, sibi obtrudi. Si argumentum fuit *inversum*, docere debet Opponens, ex sua præmissa respondentis thesin minime fluere. Ac denique si *distinctio* facta sit, vel demonstrandum est, datam distinctionem fundamento destitui, vel certe argumento proposito applicari non posse.

§. XVII. Porro quia disputationum nostrarum non alium finem esse oportet, quam ut, ex qua parte stet veritas ac victoria, palam fiat; consequens est 9.) disputationis telam ad normam præscriptam eo usque pertexendam esse, dum vel Opponens in probatione deficiat, vel Respondens ad concedenda contradictoria aut absurda adigatur. *

* Quam-

* Quamvis enim, qui spiritu contradi-
ctōnis feruntur, & magis gloriam dis-
putando, quam veritatem sectantur,
semper se habere simulent, quod vel
responderi vel obverti possit; auditores
tamen neutrarum partium & materiæ
controverſæ gnari animadvertunt facile,
uter disputantium triumphum canat,
uter triumphum tulerit.

§. XVIII. Cæterum ex universa
serie, hucusque exposita, satis, opinamur,
liquet, sicut in meditando methodus *syn-
thetica* locum habet, ita vice versa in dis-
putando methodum *analyticam*, quæ con-
clusiones ad sua principia revocat, obti-
nere. Quodsi enim in materia certa dis-
putando verseremur, conclusiones ad *defi-
nitiones*, definitiones ad *sensiones*, sentio-
nes ad *leges experientię* reducimus. Si
vero occupemur in materia *probabili*, pri-
mum, an omnia phænomena *adducta* sint,
examinamus, deinde, an illa omnia ex
hypothesi data commode possint *explicari*,
periculum facimus: ac denique, annon
alia suppetat hypothesis *exactior*, ex qua
illa phænomena connaturalius fluere vi-
deantur, circumspicimus.

ARTICVLVS III.
DE METHODO SCRIBENDI.

§. I.

Libri, quorum elucubratiō methodica ad Disciplinae nostrae sphaeram, curamque pertinet, vel facta proponunt vel dogmata.* Priores vocantur *historici*, posteriores *dogmatici*. Summa igitur librorum, quorum methodus nos in praesentiarum sollicitat, divisio duabus classibus comprehenditur.

* Ad *Orationes* enim, *Poemata*, *Satyras*, *Comedias*, *Tragœdias*, *Fabulas Romanenses*, quin & ipsum *Stilum historicum* quod attinet, de his praecipua tradere, nostri fori non est, sed carum artium, quas *humaniores* dicimus.

§. II. Ad libros *historicos*, ut numeris omnibus absoluti sint, tres dotes requiruntur, *ordo*, *veritas* & *sufficiencia*. Nam quae historia in primo requisito deficit, *confusa*: quae in altero, *suspecta*: quae in tertio, *incompleta* audit.

§. III. Equidem *ordo* potissimum duplex esse potest. Vel enim historiam ad certa *summa capita* revocare, eaque singula

gula filo
chronolo
regulas
quia qua
riem ad
rectus non
dicendi facu
num, secu
postiore
bene mult
non inuiri

§. IV
do chrono
tertio quo
que unu
plurimas
stidio lec
ceptum,
poris inter
tuncque sue
thodum chro
natis hie
nam, dico
quod Am
gentiam d

* Sic ex
ordines

gula filo continuo absolvere, vel *ordinem chronologicum* sequi possumus. De priore regulas cumulare, supervacuum foret, quia qua ratione universam historiæ seriem ad summa capita revocare oporteat, rectius non docebit aliud, quam illa iudicandi facultas, quæ in Scriptore primum, secundum, & ultimum est. De posteriore vero, cum incommodis ille bene multis obnoxius sit, pauca monuisse, non inutile erit.

§. IV. Quoniam enim in primis ordo chronologicus filum historiæ vix non tertio quovis passu interrumpit, factumque unum in minimas veluti, easque plurimas particulas non sine lectoris fastidio secat; cum id, quod hoc anno cœptum, sæpe post longam demum temporis intercapedinem resumptum, finitumque fuerit; * consequens est 1.) methodum chronologicam *multo minus amœnitatis habere*, quam methodum continuam, adeoque ad illud historiæ genus, quod *Annales* dicimus, merito restringendam esse.

* Sic ex. gr. qui in historia ecclesiastica ordinem chronologicum sequi voluerit,

ei mox ab Occidente in Orientem, Roma Antiochiam, a concilio in Italia cepto ad concilium in Africa inchoandum migrandum erit. Quid mirum ergo, si lasserur legentis memoria & patientia lædatur? imo si nexus omnis consiliorum & eventuum, qui tamen historiae primarius scopus est, turbetur ac dissolvatur?

§. V. Quia deinde in factis præsertim antiquioribus diem, annum & consulem vel ignoremus penitus, vel saltem per conjecturas valde incertas divinemus: adeoque facillime circa tempora & decipi ipsi & alios decipere possimus; * consequens est 2.) antequam ordinem chronologicum adoptemus, prævie, *utrum ille sit in potestate nostra*, diligenter explorari oportere.

* Ita, utut profunda sit eruditio BARONII, & labor prope immensus, errores tamen quamplurimi in ejus chronologia detecti sunt, quos de quatuor sæculis prioribus ingenti volumine recenset PAGI. Equidem Recentiorum eruditorum æmulatio regulas chronologiæ exactissimas dedit, sed quibus exequendis vix una Noëmi vita sufficit. Computandæ enim forent omnes, quæ fuerunt,

runt, eclipses: scrutandæ omnium nationum epochæ, ac diversæ annorum, mensiumque species ad nostram normam reducendæ: examinandæ omnes marmorum antiquorum ac numismatum inscriptiones: corrigendi factus Consulares, & quæ sunt similia plura. Siquis igitur historiam ex. gr. ecclesiasticam ordine chronologico auspicaretur a concilio Tridentino vel Constantiensi, laborem forte suis humeris parem susciperet; at si eandem ab ipsis nascentis Ecclesiæ incunabulis repetere vellet, veremur sane, ne opus ejusmodi, si non plane vires ejus ac possibilitatem, certe vitam quam longissime excederet.

§. VI. Cum denique quæstiones chronologicæ aliæ usum præstent & saluberrimum & indispensabilem; aliæ contra præter otiosam curiositatem aut vanam æmulationem nil quidquam sub recessu habeant: * & hinc posteriores negligere expediat, quo plus laboris ac temporis utilibus & necessariis impendi possit; consequens est 3.) eam demum methodum & commodissimam & præstantissimam videri, qua filum historiæ, *serie quidem continua, sparsa tamen hinc inde chronologia selecta* & accurata pertexitur.

* Sic

* Sic ex. gr. vanæ sæpe moventur disquisitiones de sensu cujusdam inscriptionis aut occasione cujusdam numismatis: de ætate alicujus Pontificis, de die vel hora determinata, qua natus aliquis Imperator vel mortuus, & similibus aliis, ex quarum decisione non alia ut plurimum resultat conclusio, quam Baronium aut Scaligerum hic & nunc errasse. Nonne autem ejus generis quæstiones ad earum classem pertinent, quæ testante PAULO non nisi amulationem, invidiam ac rixas suscitant? *1. Timoth. 6. 14.* Majus ergo pretium operæ suæ consequuntur ii, qui tempus, hujus farinae quæstionibus subtrahunt, tum examinandæ *veritati factorum*, tum etiam *utiliori chronologiæ*, hinc inde, ubi res postulaverit, inferendæ impendunt.

§. VII. Altera dos historiæ est *veritas*, circa quam duo Scriptori providenda: alterum, ut veritatem factorum, quæ narraturus est, accurate examinet: alterum, ut facta, rite examinata, eo etiam modo recenscat ipse, ne fidem suam legentibus suspectam reddat.

§. VIII. Cum autem facta, quæcunque narrat, vel propria Scriptoris
expe-

experienti
ipsum p
consequen
neris, ad
rioris, ad
quas iam
minime.

§. IX.
dem nihil
stilos, qui
hil aut pa
studium pe
ordinatum
storico ma
gat, quæ
unquam
dicia inter
res ex suo
ni veritate
quam habet
atque, res
lubum.*

* Horum
alia
ro in
cum ve
ales, q
rice p
nuant.

experientia, vel aliena auctorum, qui ipsum præcesserunt, relatione nitantur, consequens est 1.) quæ prioris sunt generis, ad regulas *experundi*: quæ posterioris, ad regulas *probabilitatis historicae*, quas jam suis locis tradidimus, esse examinanda.

§. IX. Cum deinde Scriptoris fidem nihil magis suspectam faciat, quam stilius, qui vanitatem, temeritatem, nihil aut parum iudicii, amorem, odium, studium partium, aliumve affectum inordinatum sapit; consequens est 2.) historico maxime cavendum esse, ne fingat, quæ nec ipse expertus est, nec alius unquam memoriæ prodidit, ne sua iudicia interponat, ne personarum characteres ex suo ingenio magis quam secundum rei veritatem efformet, ne orationes nunquam habitas comminiscatur, ne moveat affectus, resque mediocres exaggeret pro lubitu. *

* Horum enim alia *Poëtarum*, alia *Judicis*, alia *Oratorum* propria sunt, omnia vero ab officio *Historici* prorsus aliena, cum vel vanitatem vel temeritatem, vel alias, quas diximus, notas, fidei historicae plane contrarias, non obscure inquant.

§. X.

§. X. Tertia libri historici dos est *sufficientia*, quæ ex historiæ cujuscunque fine æstimanda. Porro species historiarum illustriores potissimum quatuor numeramus, *naturalem*, *ecclesiasticam*, *civilem* & *literariam*; ex quibus singulæ singularem finem intendunt.

§. XI. Finis historiæ *naturalis* est, effectus rerum naturalium, & alia, quæ a posteriori observamus, recensendo, principia cognitionis philosophicæ suppeditare. Unde, cum ab una sæpe circumstantia tota cognitio philosophica pendeat; consequens est, historiam naturalem tum demum censerî *sufficientem*, si *minimæ quæque* experimenti vel observationis *circumstantiæ* referantur. *

* Huc ergo pertinent tum ea, quæ de legitimo sensuum testimonio, tum etiam, quæ de methodo experiendi supra descriuimus.

§. XII. Finis historiæ *ecclesiasticæ* est, prudentiam ad salutem Ecclesiæ qua conservandam, qua promovendam informare. Cum itaque hæc salus tribus potissimum quasi cardinibus vertatur,
doctrina

doctrina videlicet, *disciplina* & *moribus* Ecclesię; consequens est, *historię ecclesiasticę sufficientiam* in eo consistere, ut facta omnia, quę *unum* ex *tribus* hisce capitibus respiciunt, accurate recensentur.*

* Eandem legem sibi laudabilissime dixit FLEURY in *præfatione historię ecclesiasticę* §. 8.

§. XIII. *Finis historię civilis* est politicam instruere ad salutem ac tranquillitatem Republicę promovendam. Cum igitur hunc in finem necesse sit ostendere, quibus mediis Republica floruerit: quibus de causis fuerit collapsa, quibus artibus restaurata: quibus consiliis responderit eventus speratus, quę eodem, & quam ob causam destituta fuerint: quę sint imperantium ac parentium jura, quę prætensiones; consequens est, ut *historia civilis sufficiens & completa* dici mereatur, nihil eorum prætermittendum esse, quę ad *has, similesve reflexiones* conferre quidquam videntur.*

* Exinde facile patet, quisquis ad scribendam historiam civilem aggreditur, eum in *Philosophia morali & politica*, nec non *Jurisprudentia publica* non mediocriter

diocriter versatum esse oportere, sine quarum quippe scientiarum subsidio vix recte in horum factorum delectu versabitur.

§. XIV. Finis historiarum *literarum* est incrementum artium vel scientiarum. Cum igitur huc attineat indicare ortum, progressum, gradumque perfectionis, ad quem ars vel scientia perducta est: variarum, siquæ sint, sectarum principia: sedes nobiliores, ubi jam inventa profant: Auctores item celebriores, qui eam in rem commentati sunt, una cum singulorum caractere ac censura; consequens est, si historiam *literariam* *sufficientem* & *completam* concinnare volueris, ad ea fere, quæ diximus, *capita* respiciendum esse. *

* Et ex his, vel silentibus nobis, manifestum est, historiam *literariam* qui scribendam sumit, eum non modo multæ *eruditionis*, sed & multæ *lectionis* hominem esse oportere. Cæterum omnia, quæ præcepimus, haud difficulter in historia ipsius *Philosophiæ* ad exempla reduci possunt.

§. XV. Hactenus de libris *historicis*. De *dogmaticis* deinceps differendum, quorum

rum alii *disciplinam* vel *ejus partem*, alii *exegetica*, alii *elenctica* tractant.

§. XVI. Pro *disciplina* vel *ejus parte* calamo tractanda quinque methodi species præcipuas habemus proditas, *Scholasticam*, *Ramificam*, *Dialogisticam*, *Erotematicam* & *Mathematicam*. Primum exponere singulas, dein pomum Eridos juvat projicere in medium, cum inscriptione: *Detur pulcherrime*.

§. XVII. Methodus *Scholastica* in eo est sita, ut præmittantur notamina, tum definitionibus ac divisionibus rerum afferendis, tum formando statui quæstionis destinata. Deinde ipsa proponatur sententia, eaque formaliter ac syllogistice demonstratur. Et denique ab argumentis contrariis eadem formaliter rursus ac syllogistice vindicetur. *

* Auctores, vel certe excultores hujus methodi fuere PETRUS LOMBARTUS, ALBERTUS MAGNUS, THOMAS AQUINAS, & alii passim, qui floruerunt medio ævo. Laudatores subinde ac vindices inter alios multos nacta est MELCHIOREM CANUM in *locis Theolog.* POSSEVINUM in *Bibliotheca selecta*: GRAVESONIUM in *Hystor. eccles. sec. XIII.*

T

§. XVIII.

§. XVIII. Methodus *Ramistica*, quæ & *Causalis* dicitur, universam rei tractationem, præmissa ejusdem definitione ac divisione, ad quatuor causarum genera revocat, & primum causam materialem sive subjectum quæstionis: deinde causam formalem sive differentiam specificam: tum causam efficientem: ac denique causam finalem expendit. Præterea etiam, siquando res ita tulerit, ad contraria, quæ rem cessare faciunt, dilabitur. *

* Hujus methodi Auctorem fuerunt PETRUM RAMUM, Parisiis quondam Philosophiæ Professore. Exemplar ejus præclarum dedit LAUTERBACHIVS in *Collegio theoretico & practico Pandectarum*.

§. XIX. Methodum *Dialogisticam* ipsa vocis etymologia prodit. Pars ejus prima sive prologus personas colloquii, occasionem, tempus, aliasque circumstantias exponit. Pars altera sive tractatio ipsam de quæstione sententiam placido ac reciproco hinc inde sermone deducit. Pars ultima sive epilogus, quomodo finitum aut interruptum sit colloquium, docet. *

* Hanc scribendi methodum jam olim in deliciis habuerunt PLATO, ÆSCHINES, XENO-

XENOPHON, CICERO & alii, quorum Dialogi de variis Philosophiæ objectis hodieum extant.

§. XX. Methodus *Erotematica* tractationem omnem per quæstiones & responsiones absolvit. *

* Exempla hujus methodi præbent Rudimenta fidei, historiæ, & hujus generis alia, juniori ætati accommodata.

§. XXI. Methodum *Mathematicam* loco non uno jam descriptam dedimus. Exorditur nimirum illa a principiis, id est, *definitionibus*: iisque probe munitis *axiomata* vel *postulata*, *theoremata* vel *problemata* eruit: ex his denique omnia, quæ ad materiam tractandam pertinent, *corollaria* deducit: quæ &, ubi visum fuerit, subjunctis *scholiis* vel illustrat vel confirmat. *

* Conferatur hanc in rem *Part. 1. Cap. 2. Art. 3. de methodicis propositionum cognomentis & officiis. Part. 3. Cap. 1. Artic. 2. de methodo meditandi. Nec non ibidem Cap. 2. Artic. 1. §. 8. cum scholio.*

§. XXII. Ita quidem comparata est methodus *Mathematica*, ubi veritas

demonstrabilis pertractanda. Ubi vero proponenda veritas *probabilis*, initium ducit ab historia phœnomenorum: iisque recensitis addit aliorum hypotheses: ac demum indicatis, quæ illas premunt, difficultatibus, suam proponit, eamque phœnomenis omnibus satisfacere, ostendit.

§. XXIII. Porro jam, quia *Methodus Scholastica* nimia prolixitate, & rerum earundem fastidiosa repetitione peccat: *Ramistica*, præterquam quod in eandem censuram incidat, vix in aliam ullam, quam Juris scientiam quadrat: *Dialogistica* inutilibus ambagibus, coactis transitionibus, &, nisi maximo judicio temperata fuerit, affectato sermoni obnoxia est: *Erotematica* denique pueris magis convenit quam viris; facile patet, *Methodum Mathematicam*, vel certe ejusdem æmulam, quia & *brevitate* & *perspicuitate* & *soliditate* eminent, doctrinarum nexum perpetuo filo ponendo ob oculos, non citra meritum suum nostro judicio palmam ferre.

§. XXIV.

§. XXIV. *Exegetis* (hanc enim nunc ordo tangit) est interpretatio, uberius meditationibus aucta. Quamobrem non simplici ac nudo, ut jacet, textu explanato acquiescit, sed & ea, quæ inde ratiocinando consequuntur, ostendit. Ex quo jam sua sponte sequitur, *exegetica* ea fere methodo adornanda esse, ut 1.) an *textus ipse* recte se habeat, secundum regulas Critices examinetur. Ut 2.) in partes suas *solvatur* textus, partesque singulæ secundum regulas Hermeneuticæ *exponantur*. Ut denique 3.) *porismata* seu *consectaria*, dogmatica æque ac elenctica, secundum regulas ratiocinandi inde eruantur.

§. XXV. Denique *elenctica* scribendi, sive aliorum scripta refutandi methodus ad tria potissimum capita redire videtur. Nam 1.) status controversiæ formandus perspicue. 2.) Sententia adversarii candidè referenda.* 3.) Argumenta ejus solide refellenda. Quia vero error omnis vel in *materia* latet vel in *forma*; consequens est, refutationem ipsam in eo versari debere, ut vel ostendat, *principium*, unde conclusiones

erroneæ fluunt, falsum esse, ** vel *conclusiones* cum ipso auctoris principio minime per legitimam consequentiam connecti.

* Nam qui iis, quos refutare conantur, sententiam affingunt, ab ipsorum mente alienam, incidunt in crimen falsi, siquidem per dolum id agunt; sin vero dolus abfuerit, ignorantiam suam, non alterius errorem publico ludibrio exponunt. Prius interea admodum solenne est iis, qui viros egregios impugnando inclarescere student, atque ita, ut habeant, quod impugnent, doctrinam contra Auctoris mentem interpretantur.

** Porro principium falsum vel in definitionibus quærendum vel in axiomatibus, inde male deductis. Hoc autem invento & profligato, conclusiones, illi superstructæ, brevibus stricturis confodiendæ; imo fundamento everfo, & ipsæ sua sponte corruent.

§. XXVI. Caterum, quia hoc scribendi genus maxime invidiosum est, præsertim ubi stylo plus fellis quam salis aspergitur; consequens est 1.) id non temere suscipiendum esse hominibus sapien-

piens ac tranquillitatis suæ studiosis, nisi vel officii ratio vel fama vel veritatis studium id exigat. Et 2.) siquid hujus generis scribendum, a convitiis, scommatibus, calumniis abstinere, & solam veritatem gravi oratione defendere oportere. Imo & 3.) aliorum, qui nos lacefferunt, calumnias & convitia excelso animo contemnenda, vel certe, si quando responsione digna reputata fuerint, * non reciprocatis convitiis & calumniis, sed solidis argumentis refellenda esse.

* Nonnunquam enim ipsa exigit necessitas, ut famam defendamus contra adversariorum criminationes, quas sub specioso refutationis titulo in publicum protrudunt. Quo casu, cum non sufficiat, sententiam a falsis imputationibus liberari, quia sæpe illi, qui calumniis aurem præbent, judicium de re ipsa ferre nequeunt: sed id imprimis agendum sit, ut fides eorum reddatur fublesta; evidentissime omnino demonstrandum, quæ sit eorum, qui famam nostram arrodunt, imperitia, quantus candoris defectus, quæ demum vitia id genus alia. Neque enim persecutiones, quibus alterius famæ ac fortun-

nis insidiæ struuntur, confundendæ sunt cum controversiis eruditorum; sed defensione hic opus est ad averrendum, quod intenditur, damnum. Paucis: inculpatæ tutelæ tali casu locus est; unde, quid hic deceat aut liceat, ex principis moralibus dijudicandum.

§. XXVII. Tandem adhuc generalia librorum vitia paucis indicare juvat, quo a sensu contrario de generalibus librorum virtutibus judicium fieri possit. Quoties nimirum 1.) eorum, quæ tempore libri conscripti * jam inventa fuere, nonnulla negliguntur, liber *incompletus* est. Quoties 2.) plura, quam ad Auctoris scopum vel necessaria vel utilia sunt, liber continet, *prolixitate* peccat. Quoties 3.) termini vel indefiniti adhibentur vel non satis perspicue definiti, *obscurus* audit. ** Quoties 4.) principia vel falsa vel dubia assumuntur, aut solidæ probationis exigua passim cura est, vocatur liber *tractationis superficialiæ*. Quoties 5.) incerta cum certis confunduntur, & cum essentialibus atque utilibus commiscantur inania & alodria, liber *sine judicio compilatus* dicitur.

tur. Quoties denique 6.) his vitis vel omnibus vel plerisque scatet, tanquam liber *pessimæ notæ* reprobatur.

* Consulto dicimus: *tempore libri conscripti*. Neque enim reprehensionem meretur Auctor, si successu temporis opus ejus fiat incompletum, postquam plura fuere detecta, quæ illo, quo scribebat, tempore erant incognita. Facile enim est inventis addere.

** Cavenda autem sinistra de obscuritate & perspicuitate judicia. Sæpe enim obscuritatis incusantur scripta, & perspicue cum primis & solide pertractata, sed quæ propterea, quod vel nova sistant & insolita, vel consequentia cum antecedentibus solida tractatione connectant, paulo majorem attentionem quam vulgarem desiderant. Hoc idem præjudicium falsum ipsa usque adeo experta sunt scripta Mathematicorum evidentissima, eandem ob causam, quod attentionem postulent, a nonnullis obscuritatis accusata. Sed quanta hoc modo solidis tractationibus inferatur injuria, nemo non videt. Neque enim vitii incusanda lux est, si quando ob oculos, aut male affectos, aut male applicatos, objecta non recte percipis. Ergo nec continuo obscuritatis

incusanda tractatio, si, quæ tractantur, non satis prompte assequeris propterea, quod vel obtusum afferas iudicium, vel justam attentionem desiderari patiaris.

§. XXVIII. Atque hic, scribendi præceptis, pro disciplinæ nostræ officio breviter delibatis, finem scribendi facimus, primam interim scribendi qualemcunque operam nostram, quam Scientiæ Scientiarum navare libuit, EI consecrantes, qui est FONS Scientiarum & rerum omnium primum INITIUM atque ultimus

F I N I S.



177

LOGICA
CONTROVERSA
SIVE
COROLLARIA
SELECTA,
AB
ARGUMENTIS CONTRARIIS
METHODO
FORMALI ET SYLLOGISTICA
VINDICATA.



PRÆFATIO.

LOGICÆ CONTROVERSÆ, quam hic ad calcem subnectimus, duplex finis est, quem ipsa Lucubrationis nostræ principalis inscriptio jam indicavit: alter, ut doctrinæ, hætenus propositæ, argumentorum contrariorum solutione inspiciantur penitius: alter, ut ad acquirendum disputandi habitum Tyronibus materia & occasio suppeditetur. Quodsi igitur argumenta, quæ solutione dignabimur, alia veram, alia simulatam duntaxat difficultatem continere perspexeris, classem quidem priorum ad priorem, posteriorum ad posteriorem finem, velimus, referas, & studiis nostris favere pergas.

COROL-



COROLLARIUM I.

Non datur Idea, five simplex five complexa, falsa.

ARGUMENTA CONTRARIA.

I. De Idea in genere.

Idea potest esse vera: ergo etiam potest esse falsa.

Resp. Nego Antecedens ob ineptum loquendi modum. Neque enim ibi possibilitas est, ubi nihil contingens est. Quemadmodum igitur inepta est hæc propositio: *Deus potest esse æternus*, eo quod sit æternus essentialiter ac necessario; ita quoque non potest non inepta videri propositio ista: *Idea potest esse vera*, eo quod pariter sit vera essentialiter ac necessario. Vid. *Part. 1. Cap. 1. Art. 2. §. 16.*

INSTANTIA I. Ab actu ad potentiam valet argumentatio; ergo, si idea est vera, etiam potest esse vera.

R. 1. Manet prior instantia. *R. 2.* *Distinguo Antecedens*: valet in prædicatis accidenden-

cidentalibus & contingentibus, conc. essentialibus & necessariis, neg. Veritas porro est essentialis ideæ. Vid. *loc. cit.*

INST. II. Atqui veritas non est essentialis ideæ: *Probatur subsumptum.* Veritas non ingreditur definitionem ideæ: ergo non est essentialis ideæ.

R. 1. *per instantiam*: Capacitas doctrinæ non ingreditur definitionem hominis: ergo non est essentialis homini. R. 2. *Diff. Consequens*: non est essentialis per modum *partis, conc. non per modum proprietatis, neg.* Definitio non enumerat omnia rei attributa essentialia, sed saltem magis præcipua, ex quibus reliqua facile colliguntur. Sic idea definitur repræsentatio objecti: hinc fluit conformitas ejus cum objecto: (nihil enim repræsentatur per imaginem sibi difformem) ergo veritas est proprietas ideæ essentialis.

INST. III. Contraria possunt esse successive in eodem subjecto, ceu patet inductione: atqui veritas & falsitas sunt contraria: ergo tam falsitas quam veritas potest inesse ideæ. Ergo veritas erit modus saltem accidentalis ideæ.

R. 1. *per instantiam*: Atqui calor & frigus sunt contraria: ergo tam frigus quam calor

Co
 potest inesse
 nisi alterum in
 nit a natura,
 consequentiam.
 ma successivè
 exceptio addita:

II. De

Plurimè hominem
 habeat ideam
 argumentari
 fente vitro, n
 no: ergo daru
 ecto suo: ergo

R. Neg. A
 conformis gem

INST. I.

ostio est vitru
 ac idea non e
 non est contor
 Obstatm idea e
 equi vnam, no
 ergo.

R. Dñ. Moj.
 d, quod tam fieri
 unatram, ag. f
 dea repræsentat.

calor potest inesse igni. *Rx. 2. Dist. Maj.* nisi alterum insit a natura, *Conc.* si alterum insit a natura, *nego.* Sic *dist. min. Et nego consequentiam.* Equidem regula est: *Contraria successive esse posse in eodem subjecto; at exceptio addenda: nisi alterum insit a natura.*

II. De Idea simplici.

FInge hominem, qui, præsentē vitro, habeat ideam gemmæ: quo casu sic argumentari licet. Idea gemmæ, præsentē vitro, non est conformis objecto suo: ergo datur idea non conformis objecto suo: ergo datur idea falsa.

Rx. Neg. Ant. Nam idea gemmæ est conformis gemmæ, ac proinde objecto suo.

INST. I. Objectum ideæ in casu posito est vitrum, non gemma: atqui hæc idea non est conformis vitro: ergo non est conformis objecto suo. *Prob. Maj.* Objectum ideæ est id, quod ferit sensus: atqui vitrum, non gemma, ferit sensus: ergo.

Rx. Dist. Maj. Objectum *motivum* est id, quod ferit sensus, *conc.* objectum *terminativum*, *neg.* Hoc enim est id, quod idea repræsentat.

INST. II.

INST. II. Axioma est, nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu: ergo objectum etiam terminativum ideæ est id, quod ferit sensus.

℞. I. Effatum, quod adstruis, axiomatis titulo dignum non est; cum ne veritatem quidem habeat, multo minus evidentiam. Multa enim cognoscimus, quæ non cadunt sub sensus. Huc pertinent ideæ Dei, spirituum, modificationum animæ nostræ, itemque iustitiæ, misericordiæ, aliorumque abstractorum. ℞. 2. *Dist. Ant.* nihil est in intellectu, quod non fuit in sensu vel *per se* vel *per aliud*, *transseat*: quod non fuit in sensu *per se*, *neg.* Vitrum, cum speciem quandam gemmæ referat, excitat ideam gemmæ, alias forte acquisitam.

INST. III. Objectum ideæ est id, quod idea deberet repræsentare: atqui in casu posito idea gemmæ deberet repræsentare vitrum præsens: ergo.

℞. *Neg. Min.* Nam idea nec potest nec debet aliud repræsentare, quam id, quod repræsentat.

INST. IV. Finge, hominem clausis oculis ita secum statuere: quidquid apertis oculis primum occurrerit, illud repræsentabo. Porro occurrere vitrum,

eum

am vero repræ
in hypothesi sic
Objectum ideæ
decrevit repræsentat
præsentare vitrum
rit oculis apertis
vitrum

℞. *Neg. Ma*
re decreverit, ob
repræsentat, &
non repræsentat
lens pingere Ale
pingeret Darium
Darius, non Ale
repræsentaret.

INST. V.
uniformes suo
intellectus est
idea non est con
trib. *Min. Haz*
dinet: est in se
idea repræsentat
ite: ergo

℞. *Dist. Ant.*
non. *substantia*, *neg*
minimam rem: id cog
nitionis: quæ

eum vero repræsentare gemmam. Qua in hypothefi sic instauratur argumentum. Objectum ideæ est id, quod homo ille decrevit repræsentare: atqui decrevit repræsentare vitrum, (quippe quod occurrit oculis apertis) ergo objectum ideæ est vitrum.

Rc. Neg. Maj. Quidquid ille repræsentare decreverit, objectum ideæ est id, quod repræsentat, & id non est objectum, quod non repræsentat; plane sicut, si pictor, volens pingere Alexandrum, errante penicillo, pingeret Darium, objectum tabellæ foret Darius, non Alexander, utpote quem non repræsentaret.

INST. V. Ideæ præcisivæ non sunt conformes suo objecto. *Probat.* Idea intellectus est idea præcisiva: atqui hæc idea non est conformis suo objecto: ergo. *Prob. Min.* Hæc idea repræsentat objectum aliter ac est in se: ergo. *Prob. Ant.* Hæc idea repræsentat intellectum sine voluntate: ergo.

Rc. Dist. Ant. Sine voluntate *præcisive, conc. judicative, neg.* Repræsentat nimirum animam relate ad *cogitationes*, non relate ad *volitiones*: quem respectum tamen nequaquam

quam negat, sed tantum ab eo præscindit; præscindentium vero non est mendacium.

INST. VI. Ideæ istæ præcisivæ *intellectus* & *voluntas* separant, vel saltem exhibent tanquam separata ea, quæ sunt unum ac idem: ergo non sunt conformes suo objecto.

Rc. *Nego utramque Antecedentis partem.* Inprimis enim non separant; nulla quippe ideæ separat, sed id pertinet ad solum iudicium. Deinde non exhibent velut separata, quæ sunt unum ac idem; indivisam enim exhibent animam, sed modo ad hos, modo ad illos effectus relata.

INST. VII. Datur idea *nihili*, idea *negationis*: atqui hæc ideæ nullum plane habent objectum, cui sint conformes: ergo ideæ quædam non sunt conformes suo objecto. *Prob. Maj.* Nihil potest esse subiectum propositionis, ex. gr. *nihil* nullas habet proprietates: ergo datur idea *nihili*.

Rc. *Dist. Ant.* *Nihil*, id est, hæc vox *nihil* potest obtinere locum subiecti in propositione vocali, *conc. nihil*, id est, *idea*, quæ respondeat huic voci nihil, potest esse subiectum iudicii mentalis, *neg.* Quando in propositione reperitur hæc vox *nihil*, non designat

designat ideam ab
materiali. In p
at habet proprie
nihil est sonus,
qui nullam ideam
quam excitat, est
sus fit: solum em

Inst. VIII.
cum est intelligi
est merum nihil
ligibile, & con

Rc. *Dist. M.*
cum est intelligi
quid positivum
suntur, conc. id
bilis in se, neg
pimus summam
potest esse, nil
nismus vocibus
ures *Dii*.

III. De

M
posset in
gee rem &
sulem: ergo falce
lla.

Rc. *Neg. ant.*
tio nil conparat,

designat ideam aliquam, sed sumitur in sensu materiali. Ita propositionis: *Nihilum nullas habet proprietates*, sensus est: hæc vox nihil est sonus, omni significatione vacuus, qui nullam ideam in mente excitat; vel siquam excitat, est illa idea entis, ita, ut sensus sit: *Solum ens habet proprietates*.

INST. VIII. Negatio plurium Deorum est intelligibilis: atqui hæc negatio est merum nihil: ergo nihilum est intelligibile, & consequenter datur idea nihili.

R. *Dist. Maj.* Negatio plurium Deorum est intelligibilis, id est, *percipitur aliquid positivum, quod vocibus negativis exprimitur, conc.* id est, *ipsa negatio est intelligibilis in se, neg.* Nempe in idea Dei percipimus summam perfectionem, quæ non potest esse, nisi in unico ente. Id exprimimus vocibus negativis, dicendo: *non sunt plures Dii*.

III. De Idea complexa.

MENS potest in idea complexa conjungere rem & modum rei incompatibleem: ergo saltem datur idea complexa falsa.

R. *Neg. Ant.* Nam prima Mentis operatio nil conjungit, nil separat.

INST. I. Percipere ex. gr. Deum crudelem est conjungere rem & modum rei incompatibilem: atqui Mens potest percipere Deum crudelem: ergo.

Rc. *Dist. Maj.* Percipere Deum crudelem per unam ideam complexam, est &c. *conc.* percipere Deum crudelem per duas ideas simplices, est &c. *neg.* Sic *dist. min.* Atqui Mens potest percipere Deum crudelem per unam ideam complexam, intuendo scilicet habitudinem convenientiæ Deum inter & crudelem, *neg.* per duas ideas simplices, quarum altera repræsentat Deum, & altera crudelem, *conc.*

INST. II. Damnati judicant, Deum esse crudelem: ergo prævie conjungunt in idea complexa Deum & crudelem.

Rc. *Esto Ant.* Nescimus enim, quid damnati judicent. *Nego consequentiam.* Quodsi damnati ita judicent, id non faciunt ex motivo intrinseco, id est, ex percepta idearum istarum convenientia; (quis enim, nisi mentis impos, dixerit, in idea Entis perfectissimi summam videri imperfectionem?) sed ex motivo extrinseco, nempe atrocitate pœnarum. Idem respondendum, si mentio fiat de hæreticis, qui Deum judicarunt esse corporeum. Nam & hi ex motivis solum extrinsecis, locis nimirum Scripturæ perpe-
ram

in intellectis,
um; at in idea
tributum cogit.

INST. III. Fa
Deus crudelis est
hoc judicio conjun
Deus & crudelis.

Rc. *Neg. Min.*
erat has ideas De
allam inter eas et

INST. IV.
est idea comple

Rc. *Neg. Min.*
Dei, practicum
sentus judicii su
telis.

INST. V.
Deus cru
ctum est terr
alis: ergo etiam
exprimitur per ha
ctum et idea co

Rc. *Neg. Ant.*
crudelis, non sunt
sibi apparen. E
alis, cujus subiectu
rudelis, impossibilis

ram intellectis, erroneum hoc tulere iudicium; at in idea Dei nunquam videri potuit attributum corporis.

INST. III. Fieri potest hoc iudicium: Deus crudelis est impossibilis: atqui in hoc iudicio conjungitur in idea complexa Deus & crudelis: ergo.

R. *Neg. Min.* Imo, qui sic iudicat, separat has ideas Dei & crudelis; negat enim ullam inter eas esse posse convenientiam.

INST. IV. In allato iudicio subiectum est idea complexa *Dei crudelis*: ergo.

R. *Neg. Ant.* Subiectum enim est idea Dei, prædicatum vero idea crudelis, ita, ut sensus iudicii sit: *Deus non potest esse crudelis.*

INST. V. In hac propositione externa: *Deus crudelis est impossibilis*, subiectum est terminus complexus *Deus crudelis*: ergo etiam in iudicio interno, quod exprimitur per hanc propositionem, subiectum est idea complexa *Dei crudelis*.

R. *Neg. Ant.* Nam hi termini, *Deus, crudelis*, non sunt subiectum propositionis, nisi apparenter. Est enim propositio modalis, cujus subiectum est *Deus*, prædicatum *crudelis, impossibilis* vero modus, afficiens

verbum, profus ac si diceretur: *Impossibile est, Deum esse crudelem.*

INST. VI. In hac propositione: *Homo justus placet Deo*, subjectum est terminus complexus, *homo justus*: ergo etiam in ista propositione: *Deus crudelis est impossibilis*, subjectum est terminus complexus *Deus crudelis*.

Rc. *Conc. Ant. Neg. Conf.* Disparitas est, quia prior propositio est *absoluta*; contra vero posterior *modalis*, in qua id, quod videtur esse prædicatum, est modus, afficiens verbum: ut adeo in ea non sit prædicatum aliud, præter hunc terminum *crudelis*.

INST. VII. Qui judicant, aliquid impossibile esse possibile, ex. gr. circulum quadratum esse possibilem, illi habent ideam complexam *circuli quadrati*: ergo.

Rc. *Neg. Ant.* Siquis enim ita insaniret, ut judicaret, circulum quadratum esse possibilem, non ideo videret figuram quadratam in idea circuli; sed temere affirmaret convenire ea, quorum nullam vider convenientiam.

INST. VIII. Necessè est, ut iudicio præeat perceptio idearum, de quibus iudicamus: ergo, qui iudicat, circulum quadratum esse possibilem, non habet ideam circuli quadrati: ergo.

quadratum esse p
ne habitudinem
ulum & quad

Rc. *Def. Ant.*
om simpliciter, C
habitudo, quom
Equum, ut hom
iudicat, necesse est
bitudinis, quam
non simpliciter,
præcipitiam u
bitudinem idear
poclam habent:
iudicis errores.

INST. IX.
nanc ex. gr. ide
ter ignavus: at
bjecto suo: e
in conformis
atum hujus
iudic: atqui
ergo.

Rc. *Neg. Moj.*
st Alexander, qu
or, scilicet homo
leque enim curat

INST. X. Sal
iudicet ignavus: ergo

quadratum esse possibilem, percipit prævie habitudinem convenientiæ inter circulum & quadratum.

Rc. *Dist. Ant.* ut præeat perceptio idearum *simpliciter*, *Conc.* ut præeat perceptio *habitudinis*, quam de ideis affirmas, *neg.* Equidem, ut homo recte ac Ratione duce judicet, necesse est, ut præeat perceptio habitudinis, quam de ideis affirmat; fit tamen sæpissime, ut homines per quandam præcipitantiam ac temeritatem affirmant habitudinem idearum, quam nullo modo perspectam habent: & hinc tam frequentes in judiciis errores.

INST. IX. Saltem possumus habere hanc ex. gr. ideam complexam: *Alexander ignavus*: atqui hæc non est conformis objecto suo: ergo datur idea complexa, non conformis objecto suo. *Prob. Min.* Objectum hujus ideæ est Alexander, qui extitit: atqui huic non est conformis: ergo.

Rc. *Neg. Maj.* Sed istius ideæ objectum est Alexander, qualis in mente repræsentatur, scilicet homo in statu ignaviæ possibili. Neque enim curat idea, utrum extiterit.

INST. X. Saltem ubi dicerem: *Alexander ignavus vicit Davium*, idea repræ-

sentaret Alexandrum, qui exitit: atqui in hac hypothefi foret falſa: ergo.

R. *Neg. Maj.* Nam idea abſtrahit ab exiſtentia, a circumſtantiis loci, temporis & ſimilibus, ac præciſe mihi exhibet hominem in ſtatu ignaviæ poſſibili. Si quæras, unde ergo oriatur error allati judicii? Reſp. ex temeritate pronunciantis, quia ſcilicet de homine, in ſtatu ignaviæ poſſibili confiderato, temere affirmat, quod fit Alexander ille, qui exitit & Darium vicit.

INST. XI. Si eminus obijciatur turris quadrata, & habeam ideam complexam *turris rotundæ*, ea non erit conformis objecto ſuo: ergo.

R. *Neg. Ant.* Nam & hujus ideæ objectum non eſt turris quadrata, quæ commovit oculos, ſed turris rotunda, quam Mens repræſentat.

INST. XII. Poſſum habere hanc ideam complexam: *turris quadrata ibi exiſtens*: atqui hæc idea non erit conformis objecto ſuo, videlicet turri quadratæ, eminus exiſtenti: ergo.

R. *Neg. Maj.* Nam idea præſcindit ab exiſtentia. Equidem poſſum percipere turrim, & turris exiſtentiam poſſibilem; at non poſſum percipere turrim, tanquam reiſſa exiſten-

mitentem. Ac
in idea turris
ſtentia; quæ
actualis tum
quam neceſſario
abſurdum. Qu
rotunda ibi exiſt
error commetur
ſemper & neceſſario
atione objecti

CORC

Judicium no

ARGUM

A Slenſus &
tatis: at
diſſenſus: er

R. *Diff.*
hoc eſt, pro
ctus voluntatis
ri & negatio falſi
proſequendo bon
um: aliter In
diſſenti negand
ne confuſa non
rerum.

existentem. Ad hoc enim necesse foret, ut in idea turris viderem ideam actualis existentiae; quod vero si ita esset, existentia actualis tam necessario conveniret turri, quam necessario convenit Deo; quod est absurdum. Qui ergo intra se dicit: turris rotunda ibi existens, is equidem errat; sed error continetur in iudicio naturali, quod semper & necessario subsequitur ideam, occasione objecti externi excitatam.

COROLLARIUM II.

Judicium non est actus voluntatis, sed Intellectus.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Assensus & dissensus sunt actus voluntatis: atqui iudicium est assensus vel dissensus: ergo est actus voluntatis.

R. Dist. Maj. Assensus & dissensus, hoc est, *prosecutio boni & fuga mali*, sunt actus voluntatis, *conc.* hoc est, *affirmatio veri & negatio falsi*, *neg.* Assentitur Voluntas, prosequendo bonum, dissentit fugiendo malum: assentitur Intellectus affirmando verum, dissentit negando falsum. Cavendum ergo, ne confusio nominum pariat confusionem rerum.

INST. I. Quicumque actus liber est ac voluntarius, est actus voluntatis: atqui iudicium est actus liber ac voluntarius: ergo.

Rc. 1. *per instantiam*. Atqui motus brachii est actus liber ac voluntarius: ergo est actus voluntatis. Rc. 2. *Dist. Maj.* Est actus voluntatis vel *elicitus* vel *imperatus*, *conc.* semper *elicitus*, *neg.* Sic transmissa minore, *Dist. Conf.* ergo iudicium est actus Voluntatis *imperatus*, *conc.* *elicitus*, *neg.* Dictum, transmissa minore; quia sunt iudicia quamplurima, quæ nequidem subsunt imperio voluntatis. Quoties enim Mens iudicat ex evidentia, ex testimonio conscientiæ vel experientia legitima, toties Voluntas non potest cohibere assensum.

INST. II. Iudicium est actus elicitus illius potentiæ, cuius est errare: atqui voluntatis est errare: ergo est actus elicitus voluntatis.

Rc. *Neg. Min.* Nam errare est affirmare, quod falsum, vel negare, quod verum est: sed ad Voluntatem, quippe quæ potentia cæca dicitur, non pertinet affirmare vel negare: ergo neque ad Voluntatem pertinet errare.

INST. III. Illius potentiæ est errare, quam pœnitet erroris, & cui error imputa-

paratur: acqui
tis, & volunta

Rc. 1. per
vitium ex gr. q
tati imputatur: e
ctus. Rc. 2. *Dist.*
pio *positi* & *effe*
tari tanquam pri
or imputatur,
Consequentiam.
tur Voluntati,
directivo, qui
Intellectus in
Voluntati imput
qua protulit,
nt exprellum,

INST. IV
iudicare & e
leges de rect
id voluntatem

Rc. *Neg.*
Voluntatem dir
eam habet elicit
plerumque pend

INST. V. I
sunt potentie d
una, eademque
posito sic instrum

putatur: atqui voluntatem poenitet erroris, & voluntati error imputatur: ergo.

Rc. 1. per instantiam. Atqui etiam convitium ex. gr. quod lingua protulit, voluntati imputatur: ergo erit actus voluntatis elicitus. *Rc. 2. Dist. Maj.* cui tanquam principio *physico & effectivo* error imputatur, *conc.* cui tanquam principio *moralis ac directivo* error imputatur, *neg.* Sic *Dist. Min. & Neg. Consequentiam.* Porro error merito imputatur Voluntati, tanquam principio *moralis ac directivo*, quia, Voluntate male imperante, Intellectus in errorem incidit; plane sicut Voluntati imputatur convitium, quod lingua protulit, non quod ab ipsa Voluntate fit expressum, sed quia ab ea imperatum.

INST. IV. Ad eam potentiam spectat judicare & errare, ad quam diriguntur leges de recte formandis judiciis: atqui ad voluntatem diriguntur hæ leges: ergo.

Rc. Neg. Maj. Neque enim ideo ad Voluntatem diriguntur hæ leges, quod ad eam spectet elicere judicia, sed quod illa plerumque pendeant ab ejus imperio.

INST. V. Intellectus & voluntas non sunt potentia distinctæ, sed utraque est una, eademque indivisibilis anima: quo posito sic instruitur argumentum: Anima
est

est principium physicum & effectivum
judicii: atqui etiam voluntas est anima:
ergo etiam voluntas est principium phy-
sicum & effectivum Judicii.

Re. 1. ad propositionem: Intellectus & Vo-
luntas non sunt potentia distincta *in se, conc.*
non etiam *in conceptibus* sive *notionibus suis,*
neg. Item: utraque est una, eademque in-
divisibilis anima, sed ad *diversos effectus* re-
lata, *conc.* ad *eosdem effectus* relata, *neg.* Un-
de *Re. 2. ad argumentum:* Anima relata ad
cogitationes est principium physicum & ef-
fectivum judicii, *conc.* Anima relata ad *vo-*
litiones aut *nolitiones*, *neg.* Scilicet anima
vel refertur ad cogitationes, & vocatur In-
tellectus, vel ad volitiones ac nolitiones,
& vocatur Voluntas. Unde, si quæritur,
utrum judicium sit actus Intellectus, an Vo-
luntatis, quæstio eo collimat, an judicium
pertineat ad sphaeram *cogitationum*, an *voli-*
tionum ac *nolitionum*? Quamobrem postre-
mum hoc argumentum impingit contra sta-
tum quæstionis. Cæterum, quod judicare
non sit idem ac velle aut nolle, satis contra
CARTESIUM exinde apparet, quia, quod af-
firmamus, non semper volumus, neque,
quod negamus, semper nolumus, ceu in-
numeris patet exemplis. Sic forte *affirmas,*
te esse inopem, ægrum, aut alio genere mi-
serum, quod *nolles:* vel contra *negas,* te esse
divi-

divitem, sanum, felicem, quod *velles*. Ergo manifestum est, alio modo nos affici, dum *effirmamus* aut *negamus*, quam ubi *volumus* aut *nolumus*: ergo & patet, *judicia nostra non esse volitionem aut volitionem*; qui est cardo præsentis controversiæ.

COROLLARIUM III.

Judicium non est aggregatum ex ideis, sed actus simplex & unicus.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Quod est compositum, non est simplex: atqui Judicium est compositum: ergo non est simplex. *Prob. Min.* Quod est resolvable, est compositum: atqui Judicium est resolvable: ergo est compositum. *Prob. Min.* Judicium resolvitur in subjectum, prædicatum & copulam: ergo est resolvable.

Re. Dist. Ant. Judicium *integrale, conc. essentielle, neg.* Resolvi est vox metaphorica, a Chymicis ducta, qui ope ignis corpora resolvunt, hoc est, dividunt in sua elementa. Porro Judicium *essentiale* est actus pronuntiandi circa ideas: *integrale* est complexum ex ideis & actu pronuntiandi. De integrali non agimus, sed de essentiali, cujus uti nulla compositio est, sic & nulla resolutio.

INST.

INST. I. Atqui etiam Judicium essentialiale est resolubile seu divisibile. *Prob. subsumptum.* Judicium essentialiale dividitur in affirmativum & negativum, item in universale, particulare &c. ergo potest dividi.

Rc. *Dist. Conf.* ergo potest dividi tanquam totum in suas partes actuales, neg. tanquam genus in suas species, conc. Equidem species, generi subjectæ, etiam vocantur partes, sed *potestativæ*, quibus opponuntur *actuales*, quarum conjunctione confurgit quoddam compositum.

INST. II. Atqui Judicium involvit partes actuales. *Prob. subsumpt.* Quidquid potest definiri, involvit partes actuales: atqui Judicium potest definiri: ergo.

Rc. 1. *per instantiam.* Atqui spiritus potest definiri: ergo involvit partes actuales.
 Rc. 2. *Dist. Maj.* involvit partes vel *physicas* vel *metaphysicas*, conc. semper ac necessario *physicas*, neg. Genus & differentia rei vocantur partes *metaphysicæ*: materia contra & forma partes *physicæ*. Discrimen est, quod *hæ* reipsa & *in se*, ut ex. gr. corpus & anima hominis: *illæ* saltem in *conceptibus suis* sint distinctæ, ut ex. gr. animal & rationale.

INST. III. Atqui Judicium involvit partes *physicas* & distinctas. *Prob. subsumpt.*
 Judi-

Judicium involvit
 concipi tanquam
 Pars est, in
 concipi potest: ut
 concipi potest
 dicitur: ergo.

Rc. 1. per instantiam
 esse nec concipi
 creature erunt
 absurdum. Rc.
 quo, tanquam
 esse nec concipi
 quam compositum
 concipi potest
 Conf. Judicium
 ea habitudine
 Judicium esse
 ideas subjecti
 notata extrinsece
 creator respicitur

INST. IV
 est, quo sublati
 sublati ideas sub
 Judicium ergo
 va intrinsece Ju

Rc. 1. Mater
 Maj. quo sublati
 ut. saltem per co

Judicium involvit ideas subjecti & prædicati tanquam partes: ergo. *Prob. Ant.* Pars est, sine quo res nec esse nec concipi potest: atqui Judicium nec esse nec concipi potest sine ideis subjecti & prædicati: ergo.

Rc. 1. per instantiam. Atqui Creator nec esse nec concipi potest sine creaturis: ergo creaturæ erunt partes Creatoris; quod est absurdum. *Rc. 2. Dist. Maj.* Pars est, sine quo, *tanquam constitutivo intrinseco*, res nec esse nec concipi potest, *conc.* sine quo, *tanquam connotato extrinseco*, res nec esse nec concipi potest, *neg.* Sic *Dist. Min. & Neg. Conf.* Judicium definitur assensus Mentis circa habitudinem idearum; ex quo apparet, Judicium esse quid relativum, ac respicere ideas subjecti & prædicati, tanquam sua connotata extrinseca, eodem plane modo, quo Creator respicit creaturas, Pater filium &c.

INST. IV. Constitutivum intrinsecum est, quo sublato res ipsa tollitur: atqui sublatis ideis subjecti & prædicati tollitur Judicium: ergo hæc ideæ sunt constitutiva intrinseca Judicii.

Rc. 1. Manet prior instantia. *Rc. 2. Dist. Maj.* quo sublato res ipsa tollitur *immediate*, *conc.* saltem *per consequentiam*, *neg.* Sic *Dist. Min.*

Min. & Neg. Conf. Sublatis connotatis extrinsecis tolluntur utique essentiæ relativæ, at non nisi *per consequentiam*. Ubi vero partem rei sustuleris, ipsam rei essentiã sustulisti *immediate*.

INST. V. Quod ingreditur definitionem rei, est constitutivum intrinsecum rei: atqui ideæ ingrediuntur definitionem Judicii: ergo.

R. 1. Et hic subintrat data retorsio argumenti. R. 2. *Dist. Maj.* Quod ingreditur definitionem *in recto*, *conc. in obliquo*, *neg.* Sic *Dist. Min. & Neg. Conf.*

INST. VI. Materia rei est constitutivum rei: atqui ideæ sunt materia Judicii: ergo.

R. *Dist. Maj.* Materia, *ex qua* res componitur, *conc.* Materia, *circa quam* res versatur, *neg.* Sic *Dist. Min. & Neg. Conf.* Judicium consistit in solo assensu; cum autem hic assensus aut versetur circa convenientiam idearum aut circa earundem disconvenientiam, hinc est, quod ideæ subjecti & prædicati vocentur materia, *circa quam* versetur Judicium.

INST. VII. Atqui Judicium componitur ex ideis tanquam materia, & ex assensu tanquam forma. *Prob. subsumpt.*
Omnis

Omnis compositio constat materia & forma: atqui Judicium est compositio: ergo constat materia & forma. *Subsumitur.* Atqui pro materia non potest assignari aliud, quam ideæ, & pro forma non aliud, quam assensus: ergo.

Rc. Dist. Maj. Omnis compositio *passiva*, hoc est, compositum ipsum constat materia & forma, *conc.* compositio *activa*, hoc est, actus componens, seu conjungens, *neg.* Sic *Dist. Min. & Neg. Conf.*

INST. VIII. Propositio externa componitur ex subjecto & prædicato, tanquam materia, & ex copula, tanquam forma: ergo a pari etiam Judicium internum componitur ex ideis subjecti & prædicati, tanquam materia, & ex assensu, tanquam forma.

Rc. Dist. Ant. Propositio externa, quatenus est signum Judicii interni *integralis*, *conc.* quatenus est signum Judicii interni *essentialis*, *neg.* Nam signum, quale etiam est propositio externa, imitatur naturam ejus, quod significat.

INST. IX. Quædam saltem dantur Judicia composita. *Probatum a pari.* Dantur quædam perceptiones compositæ:

X

ergo

ergo etiam dantur quædam Judicia composita.

R. Dist. Ant. Dantur quædam Perceptions compositæ ratione *sua essentiæ*, negatione *suorum objectorum*, quæ respiciunt, *conc.* Eodem modo *Dist. Cons.* Equidem Judicia dividimus ipsi in *simplicia*, *complexa* & *composita*; at hæc non differunt a simplicibus ratione *sua essentiæ*, cum utrorumque essentia consistat in solo assensu; sed differunt saltem ratione *suorum objectorum*, quæ respiciunt; cum Judicium *simplex* pro objecto habeat duas tantum ideas, contra vero *compositum* tres ideas vel plures.

COROLLARIUM IV.

Non dantur Propositiones, quæ nec veræ sint nec falsæ: aut veræ, falsæque simul.

ARGUMENTA CONTRARIA.

TAm veritas quam falsitas est modus accidentalis propositionis: ergo utraque potest abesse a propositione: ergo dari potest propositio, quæ nec vera sit nec falsa.

R. 1. per instantiam: Tam motus quam quies est modus accidentalis corporis: ergo uterque potest abesse a corpore: ergo dari potest

potest corpus
cat. R. 2. D
abesse seip
collective, neg
tione abesse ve
potest & abesse
ritas, p^one sic
mou & quæte

Inst. I.
medium, hoc
trum partic
ex. gr. & nig
ficas sunt co
medium, h
tram partic

R. Neg.
Præterquam
instantia de
contraria ali
usmodi sunt
spectu actus
respectu anima
vivo contrari
& inmutata,
Ad potentia
falsitas.

Inst. II.
Ethica, que
enuntiant; qu

potest corpus, quod nec moveatur nec quiescat. *Rc. 2. Dist. Conf.* ergo utraque potest abesse *seorsim & distributive, conc. simul & collective, neg.* Hoc est, potest a propositione abesse veritas, sed tum aderit falsitas: potest & abesse falsitas, sed tum aderit veritas, plane sicut unicuique loquendum de motu & quiete respectu corporis.

INST. I. Inter duo contraria datur medium, hoc est, subjectum, quod neutrum participet, ceu liquet de albedine ex. gr. & nigredine: atqui veritas & falsitas sunt contraria: ergo inter ea datur medium, hoc est, propositio, quæ neutram participet.

Rc. Neg. Majorem universaliter sumptam. Præterquam enim, quod huc applicari queat instantia de motu & quiete, innumera sunt contraria alia, quæ medium nesciunt; cujusmodi sunt bonitas & malitia moralis respectu actus humani, sanitas & ægritudo respectu animalis &c. Et hinc manavit divisio contrariorum in *mediata*, quæ habent, & *immediata*, quæ non habent medium. Ad posteriora pertinent quoque veritas & falsitas.

INST. II. Dantur propositiones præcticae, quæ scilicet operantur id, quod enuntiant; qualis ex. gr. est ista Dei dicentis:

centis: *Fiat Lux*: atqui propositiones hujusmodi nec veræ sunt vel falsæ: ergo.

Rc. Neg. Min. Vel enim propositiones practicæ efficiunt suum objectum, vel non efficiunt: si efficiant, veræ sunt, sin minus, falsæ.

INST. III. Propositiones *practicæ* imprimis non sunt veræ; quia, antequam proferantur, nullum habent objectum: deinde etiam non sunt falsæ, quia objectum suum operantur: ergo nec veræ sunt nec falsæ.

Rc. Neg. Min. quoad primam partem. Nam ad veritatem propositionis *practicæ* sufficit, ut efficiat suum objectum; in eo enim differt a propositione *speculativa*, quæ præsupponit objectum suum, id est, idearum habitudinem, qualem eam esse pronuntiat.

INST. IV. Si hæc propositio: *Hoc est corpus meum*, pronunciaretur a Sacerdote super hostia jam consecrata, imprimis non esset vera, quia nihil efficeret: deinde nec falsa, quia in principiis Catholicorum verum diceret: ergo esset nec vera nec falsa.

Rc. Dist. Ant. Propositio illa nec esset vera nec falsa sub eodem respectu, neg. sub diverso

verso respectu, conc. Scilicet non esset vera *practice*, sed esset vera *speculative*.

INST. V. Propositiones de futuro nec veræ sunt nec falsæ. *Probat.* Propositiones de futuro non habent objectum: ergo nec sunt conformes objecto nec difformes, sed expectant quodammodo, veræne futuræ sint, an falsæ.

R. Dist. Ant. non habent objectum *præsens, conc.* non habent objectum *futurum, neg.* Sicut ergo propositio de *præsenti* vel vera est vel falsa, quia quidlibet *est* vel *non est*; ita quoque propositio de *futuro* vel vera est vel falsa, quia etiam quidlibet *erit* vel *non erit*.

INST. VI. Dantur propositiones veræ simul & falsæ: ergo & propositiones nec veræ nec falsæ. *Prob. Ant.* Dantur propositiones, ut vocant *insolubiles*, ut si dicerem: *Mentior*, etsi nihil prius essem locutus: atqui hæc sunt simul veræ & falsæ: ergo. *Prob. Min.* Si vera dicatur alata propositio, *mentior*, simul dicenda erit falsa; non enim mentior, ubi verum dico. Sin deinde dicatur falsa, simul erit vera; nam ubi falsum dico, verum est me mentiri: ergo.

Rc. Hæc & similis farinæ enunciationes non sunt propositiones *logica*, sed vacui sine mente soni, quibus jam satisfactum supra *Part. 1. Cap. 2. Art. 1. §. 5. in scholio.*

INST. VII. Dantur propositiones probabiles: atqui hæc sunt simul veræ & falsæ; possunt enim disputari in utramque partem, & dum affirmantur ab uno, negantur ab altero: ergo.

Rc. *Dist. Min.* sunt simul veræ & falsæ *in se, neg. relate ad opinionem dissentientium, conc.* Equidem sæpe fit, ut propositio quædam alteri videatur vera, alteri falsa, eo quod non eadem uterque habeat iudicandi motiva; in se tamen propositio quævis tam necessario aut vera tantum est, aut tantum falsa, quam necessario est pars alterutra contradictionis, hoc est, quam necessario obiectum aut ita se habet, ut propositio enunciat, aut aliter se habet.

COROLLARIUM V.

Contradictoriæ nec simul veræ nec simul falsæ esse possunt.

ARGUMENTA CONTRARIA.

I. *Contra primam partem.*

Subcontrariæ possunt esse simul veræ; ergo & contradictoriæ possunt esse simul veræ.

Rc.

Rc. *Conc.*
quia ex Subcon
requiritur
Contradictori
quantum requ

Inst. I. C
quæritur, quæ
quæ sua sunt
prima quidem
comprobant
go contradic

Rc. Neg.
est duntaxat
aliquam partem
bet: maxima
sunt; cui co
pars bonorum

Inst. I.
nes per Christi
Christum iust
ra; prior enim
sterior constit

Rc. Neg. A
non habet
ticum: Quæ
stum; cui par
modo: quæ
Christum.

Rc. Conc. Ant. Neg. Conf. Disparitas est, quia ex Subcontrariis una minus dicit, quam requiritur ad falsificandam alteram. At ex Contradictoriis una præcise tantum dicit, quantum requiritur ad falsificandam alteram.

INST. I. Contradictoriæ sunt: *Omnes quærent, quæ sua sunt, aliquis non quærit, quæ sua sunt:* atqui ambæ sunt veræ; prima quidem testante Apostolo, altera comprobante experientia de Sanctis: ergo contradictoriæ possunt esse simul veræ.

Rc. Neg. Maj. Nam prima propositio est duntaxat moraliter universalis, id est, aliquam patitur exceptionem, & sensum habet: *maxima pars hominum quærit, quæ sua sunt;* cui contradicitur per istam: *maxima pars hominum non quærit, quæ sua sunt.*

INST. II. Contradictoriæ sunt: *Omnes per Christum justificantur, aliquis non per Christum justificatur:* atqui ambæ sunt veræ; prior enim ducitur ex sacris literis, posterior constat exemplo infidelium: ergo.

Rc. Neg. Maj. Nam prior propositio non habet sensum absolutum, sed hypotheticum: *Qui justificatur, justificatur per Christum;* cui proinde contradicendum foret hoc modo: *qui justificatur, non justificatur per Christum.*

INST. III. Contradictoriæ sunt: *Omne animal fuit in Arca Noë, aliquod animal non fuit in Arca Noë*: atqui ambæ sunt veræ: ergo.

R. *Neg. Maj.* Nam prima habet sensum saltem universalem de generibus singulorum, (vid. *Part. 1. Cap. 1. Art. 5. §. 10.*); unde posterior non negat, quod prior affirmat.

INST. IV. Contradictoriæ sunt: *Omnes Apostoli faciunt Collegium, aliquis Apostolus non facit Collegium*: atqui ambæ sunt veræ: ergo.

R. *Neg. Maj.* Nam propositiones istæ habent sensus diversos, altera collectivum, altera disjunctivum. Vid. *Part. 1. Cap. 2. Art. 4. §. 5. & 6.*

INST. V. Contradictoriæ sunt: *Nullus oculus est necessarius ad videndum, aliquis oculus est necessarius ad videndum*: atqui ambæ sunt veræ: ergo.

R. *Dist. Maj.* Si servetur idem sensus, conc. si mutetur sensus, neg. Quodsi nimirum utraque faciat sensum indeterminatum, erunt contradictoriæ, at prima falsa, altera vera. Sin autem prima habuerit sensum determinatum, altera sensum indeterminatum, utraque quidem vera erit, sed desinent esse contradictoriæ.

INST.

INST. VI. Contradictoriæ sunt: *Cajus aliquando studet, Cajus aliquando non studet*: atqui ambæ sunt veræ: ergo.

R. *Neg. Maj.* Nam affirmatio & negatio non cadunt in idem tempus. Ut ergo vera sit contradictio, dicendum: *Cajus non aliquando studet*.

INST. VII. Contradictoriæ sunt: *Omnis homo justus placet Deo, aliquis homo non placet Deo*: atqui ambæ sunt veræ: ergo.

R. *Neg. Maj.* Subjecta enim harum propositionum diversa sunt. Ut autem propositiones sint veræ contradictoriæ, requiritur, ut habeant idem subjectum & prædicatum, eundem sensum, easdem restrictiones ac modificationes, itemque, ut affirmatio & negatio cadant in idem tempus, in eundem modum, locum, & quæ sunt similia plura.

II. Contra secundam partem.

Contrariæ possunt esse simul falsæ: ergo etiam contradictoriæ possunt esse simul falsæ.

R. *Conc. Ant. Neg. Cons.* Disparitas est, quia ex Contrariis una plus dicit, quam requiritur ad falsificandam alteram. At ex Contradictoriis una nec plus nec minus, sed

præcise tantum dicit, quantum requiritur ad falsificandam alteram.

INST. I. Contradictoriæ sunt: *Omnes Apostoli sunt sancti, aliqui Apostoli non sunt sancti*: atqui ambæ sunt falsæ: ergo.

R. *Neg. Maj.* quia secunda plus dicit, quam requiritur ad falsificandam priorem; sufficeret enim dicere in singulari: *quidam Apostolus non est sanctus*.

INST. II. Contradictoriæ sunt: *Omnes Apostoli sunt sancti, Andreas non est sanctus*: atqui ambæ sunt falsæ: ergo.

R. *Neg. Maj.* quia & hic secunda nimium dicit; nam ad refellendam priorem satis esset dicere, quendam Apostolum *indeterminatum* non esse sanctum.

INST. III. Contradictoriæ sunt: *Omnis servus omnis Domini est fidelis, aliquis servus omnis Domini non est fidelis*: atqui ambæ possunt esse falsæ: ergo.

R. *Neg. Maj.* Nam rursus propositio altera plus dicit, quam requiritur ad falsificandam primam. Ut ergo perfecta sit contradictio, in altera propositione mutandus obliquus in particularem, scilicet: *aliquis servus alicujus domini &c.*

INST.

INST. IV. Hæ sunt contradictoriæ: *Omnis servans omnia mandata Dei salvabitur, quidam servans omnia mandata Dei non salvabitur*, licet obliquus in altera propositione non mutetur in particularem: ergo a pari etiam priores sunt contradictoriæ, licet obliquus in altera propositione non mutetur in particularem.

R. *Conc. Ant. Neg. Conf. Disparitas est*, quia hic obliquus: *omnia mandata*, sumitur *collective*, adeoque, ne mutantur termini, nec potest nec debet mutari in particularem. At obliquus iste: *omnis domini*, sumitur *distributive*, adeoque & potest & debet mutari in particularem.

INST. V. Contradictoriæ saltem de lege sunt: *Plato est facundus, Plato non est facundus*: atqui ambæ sunt falsæ; nam utraque, cum sit in materia contingente, affirmat subjectum existere, quod tamen non existit: & hinc utraque est de subjecto non supponente (*Part. 1. Cap. 2. Artic. 1. §. 9.*): ergo.

R. *Neg. Min. Et ejus probationem*. Nam sensus prioris est: *Et existit Plato Et est facundus*. Sensus posterioris: *vel non existit Plato, vel non est facundus*. Ratio est, quia copulativæ debet contradici per disjunctivam:

vam: & deinde, quod affirmat una, negare debet altera. Vid. *Part. 1. Cap. 2. Art. 5. §. 7.*

INST. VI. Contradictoriæ sunt: *Omnis binarius Apostolorum in fide perstitit, aliquis binarius Apostolorum in fide non perstitit*: atqui ambæ sunt falsæ: ergo.

R. *Conc. Maj. Neg. Min.* Nam si propositiones istas velis esse contradictorias, ob rationem modo dictam necesse est, ut sensus prioris sit: *Uterque Apostolus ex omni binario in fide perstitit, alteruter Apostolus ex aliquo binario in fide non perstitit.* Ubi jam vides, primam falsam, alteram veram esse.

INST. VII. Contradictoriæ sunt: *Solius hominis perfectio est infinita, non solius hominis perfectio est infinita*: atqui ambæ sunt falsæ, cum utraque dicat, hominis perfectionem esse infinitam, quod falsum est: ergo.

R. *Neg. Min. & probationem.* Nam ex eadem regula, *Copulativæ contradicendum esse per Disjunctivam*, fluit, sensum prioris propositionis esse: *& hominis perfectio est infinita, & nullius entis, præter hominem, perfectio est infinita.* Contra vero posterioris: *vel hominis perfectio non est infinita, vel etiam alterius entis, præter hominem, perfectio est infinita.* Itaque prior falsa est, posterior vera.

COROL-

COROLLARIUM VI.

Ex duabus contradictoriis de futuro singulari libero jamnunc una determinata vera est, una falsa.

ARGUMENTA CONTRARIA.

SI ex duabus contradictoriis de futuro libero jamnunc una determinata vera esset, una falsa, ergo id sequeretur ex vi contradictionis: atqui falsum est consequens: ergo & antecedens. *Prob. Min.*
Ex vi contradictionis saltem sequitur, alterutram propositionem indeterminatam esse veram, alterutram falsam: ergo.

Ex. Dist. Maj. ergo id sequeretur ex vi contradictionis *immediate & absolute, neg. mediate & hypothetice, conc.* Sic enim ad stabilendum corollarium nostrum argumentamur: Sicut quilibet *est vel non est*, quilibet *fuit vel non fuit*, ita quoque quilibet *erit vel non erit*: ergo objectum vel *futurum est*, ut propositio enuntiat, vel *non futurum est*. Si primum, propositio affirmans est vera & negans falsa; sin alterum, propositio negans est vera & affirmans falsa. Ergo medium non datur, sed propositio quævis de futuro jam nunc vel vera est in se vel falsa.

INST. I. Propositio indifferens ad veritatem aut falsitatem, nondum est vera: atqui propositio de futuro est indifferens ad veritatem aut falsitatem juxta Aristotelem: ergo nondum est vera.

R. *Neg. Min.* Si ita sensit Aristoteles, manifesto cum ratione pugnabit, quem errantem sequi non lubet. Nam sicut quidlibet est vel non est, ita etiam quidlibet erit, vel non erit: ergo sicut propositio de presenti non est indifferens ad veritatem aut falsitatem, ita nec propositio de futuro potest esse indifferens. Et hinc, qui Philosophum istum excusatum cupiunt, ejus assertum interpretantur de sola veritate *relativa* seu *quoad nos*, hoc est, nobis non constare in antecessum, quæ vera sit, quæ falsa.

INST. II. Objectum liberum est indifferens ad fore vel non fore: ergo etiam propositio de futuro objecto libero est indifferens ad veritatem aut falsitatem.

R. *Dist. Ant.* est indifferens ad fore vel non fore, hoc est, *potest evenire vel non evenire, conc.* hoc est, *potest nec evenire, nec non evenire, neg.* Si ergo eventurum est, vera est propositio affirmans, si non eventurum, vera est propositio negans.

INST.

INST. III. Ad veritatem præsentem propositionis requiritur, ut ejus objectum sit determinatum & in se & in sua causa: atqui objectum futurum non est determinatum nec in se nec in sua causa: ergo.

R. *Neg. Majorem universaliter positam.* Nam ad veritatem propositionis de futuro requiritur, ut ejus objectum sit futurum, & consequenter ut sit determinandum tam in se, quam in sua causa.

INST. IV. Objectum futurum nihil est: ergo non potest verificare propositionem. *Prob. consequentia.* Causa, quæ non existit, non potest agere: ergo etiam objectum, quod non existit, non potest verificare propositionem.

R. 1. *per instantiam*, hoc argumentum totum, quantum, ita comparatum esse, ut pariter ex propositionibus de præterito neutram esse veram, evincat. R. 2. *Dist. Ant.* objectum futurum nihil est *actu existens*, *conc.* nihil intelligibile, seu nihil extitutum, *neg.* R. 3. *ad probationem*, antecedens equidem verum esse de causa *proprie dicta*; quod enim non habet existentiam, non potest alteri dare existentiam. At objectum esse causam *improprie dictam*, quæ propositionem verificat, excipiendo ac terminando nostras
cogi-

cogitationes; hæ porro possunt tendere in omnia possibilia, multo magis ergo etiam in futura.

INST. V. Ut propositio sit actu vera, requiritur, ut etiam actu detur ejus verificativum: atqui propositionis de futuro verificativum non datur actu: ergo nec ipsa propositio de futuro est actu vera.

℞. 1. Manet prior instantia de propositionibus de præterito. ℞ 2. *Dist. Maj.* requiritur, ut actu detur ejus verificativum *intrinsecum*, *conc. extrinsecum*, *neg.* Propositionis verificativum duplex distinguitur: *intrinsecum*, quod est habitudo idearum, qualis pronuntiatur: & *extrinsecum*, quod est ipsum objectum, per ideas repræsentatum. Prius ut actu sit, necesse est; posterius non debet existere actu, nisi tempore, per propositionem significato.

INST. VI. Sint hæ contradictoriæ de futuro libero: *Antichristus peccabit*, *Antichristus non peccabit*: atqui ex his neutra jam nunc vera est, neutra falsa: ergo.

℞. *Neg. Min.* Nam in hypothese, quod sit peccaturus, jam nunc vera est affirmans & negans falsa.

INST. VII. Si in facta hypothese, propositio affirmans jam nunc vera esset, pec-

peccatum Antichristi
 turum: argui se
 go nec id ad
 Prob. seq. Maj.
 tum, est necess
 data propositio
 catum Antichristi
 ergo.

℞. *Dist. Maj.*
 cussitate absoluta
 te hypothetica &
 antecedens dicitur
 que sequitur de
 nem creaturæ.

INST. VII
 causa peccati
 tem anteceder
 infero: Deus
 ergo fiet: ergo

℞. 1. per
 Fumus ascendit:
 mus est causa ignis
 infero a hypothesi
 enim a priori loq
 ideo peccatum ex
 sed ideo Deus pr
 cognitio non est c
 causa cognitiua

peccatum Antichristi esset necessario futurum: atqui sequela non admittitur: ergo nec id admittendum, unde sequitur. *Prob. seq. Maj.* Quod est a Deo præscitum, est necessario futurum: atqui, si data propositio jam nunc vera esset, peccatum Antichristi esset a Deo præscitum: ergo.

Rz. Dist. Maj. est necessario futurum *necessitate absoluta & antecedente, neg. necessitate hypothetica & consequente, conc.* Necessitas *antecedens* dicitur, quæ antecedit, *consequens*, quæ sequitur determinationem seu electionem creaturæ liberæ.

INST. VIII. Præscientia Divina est causa peccati futuri: ergo infert necessitatem antecedentem. *Prob. Ant.* Recte sic infero: Deus præscit peccatum futurum, ergo fiet: ergo.

Rz. 1. per instantiam. Recte sic infero: Fumus ascendit: ergo ignis latet: ergo fumus est causa ignis. *Rz. 2. Dist. Ant.* Recte sic infero *a posteriori, conc. a priori, neg.* Quod si enim a priori loqui lubeat, dicendum: Non ideo peccatum erit, quia Deus prævidet, sed ideo Deus prævidet, quia erit. Nam cognitio non est causa objecti, sed objectum causa cognitionis, quod proinde cognitio

Y

præ-

præsupponit. Ediffere, amabo! an ideo ruis de monte præceps, quia te ruentem video? an ideo te video, quia in conspectu meo ruis?

INST. IX. Præscientia Divina peccati futuri tota æternitate præcedit determinationem Antichristi: ergo est causa peccati, inferens necessitatem antecedentem.

R. *Dist. Ant. præcedit determinationem Antichristi tempore & in statu existentia, conc. ratione & in statu intelligibilitatis, neg. sive, quod idem est, præcedit determinationem reipsa ponendam, conc. conditionate prævisam, neg.* Quod ut capias accuratius, necesse est, unum instans æternitatis, in quo quidem nec prius datur nec posterius, captui tuo velificandi gratia in quinque dividas instantia imaginaria. In primo collocatur scientia, quam Theologi vocant *simplicis intelligentia*, qua Deus videt possibilea, quatenus possibilea sunt. Hanc in secundo subsequitur decretum generale de creando homine, libera voluntate prædito, & consequenter offerendo illi concursu ad omnes actiones, sive bonas sive malas, quasunque elegerit. In tertio collocatur scientia, quam vocant *mediam*, qua Deus *conditionate* videt, quid acturus esset Antichristus, si haberet paratum suum concursum? Videt ex. gr. ipsum electurum esse peccatum. Unde jam in

in quarto sequi
concurrando ad
ut sua conite
In quinto deniq
vocant, *visuati*
solate vider, An
Ex quibus collig
tulare de concu
ti futuri absolut
determinationem

INST. X
quitur, actu
scientia Divina
ergo datur resp

R. *Dist. A*
neg. *impropria*
quod quavis
sic *Dist. Mm*

INST. X
estunque car
præscientia D
pedire præscien
siquens iterum
antecegens

R. *Dist. I*
dare præscien
tionem, neg. per
nisi seu *visum*

in quarto sequitur decretum particulare de concurrento ad hunc actum peccaminosum, ut sua constet Antichristo libertas integra. In quinto denique sequitur scientia Dei, ut vocant, *visionis* seu *absoluta*, qua Deus *absolute* videt, Antichritum esse peccatum. Ex quibus collige, ante decretum Dei particulare de concurrento, & scientiam peccati futuri absolutam præire liberam Antichristi determinationem, conditionate prævisam.

INST. X. Ex datis responsionibus sequitur, actum futurum esse causam præscientiæ Divinæ: atqui hoc est absurdum: ergo datæ responsiones non subsistunt.

R. Dist. Maj. esse causam proprie dictam, *neg. improprie dictam*, hoc est, objectum, quod quævis cognitio præsupponit, *conc. sic Dist. Min. & Nego consequentiam.*

INST. XI. Si actus futurus esset qualiscunque causa vel conditio prærequisita præscientiæ Divinæ, ergo possemus impedire præscientiam Divinam: atqui consequens iterum est absurdum: ergo & antecedens.

R. Dist. seq. Maj ergo possemus impedire præscientiam Divinam *per illius mutationem, neg. per antecedentem carentiam termini seu objecti, conc.* Equidem homo non potest

potest efficere, ut Deus ex sciente ipſius peccatum fiat illius neſciens, quia in hypotheſi, quod ſe ſit determinaturus ad peccandum, non poteſt ſimul ſupponi ſe determinaturus ad non peccandum. At potuiſſet absolute omittre peccatum, & ſic præſcientiam impedire per antecedentem carentiam objecti. Et certe hoc modo impedimus innumera- biles præſcientias Divinas. Sic enim, dum jam ſcribo, impedio, ne Deus ab æterno præviderit, me hoc tempore ambulaturum, & ſic in infinitum.

INST. XII. Si creatura poteſt facere, ut non fuerit præſcientia ſuæ actionis, vel id poteſt tempore, quo ipſa non eſt, vel tempore, quo eſt? Non primum, ut patet. Non ſecundum; nam creatura eſt in tempore, præſcientia ab æterno: ergo id nullo modo poteſt.

✱. *Neg. ſecundam partem Minoris & dico,* creaturam exiſtente in tempore poſſe facere, ut non fuerit ab æterno præſcientia ſuæ actionis. Poteſt enim non agere, &, ſi non agat, non erit præſcita ab æterno ipſius actio. Equidem creatura eſt in tempore, & præſcientia ab æterno; ſed actus creaturæ, uti & ipſa creatura, ſunt veritates objectivæ, Deo præſentes ab æterno, hoc eſt: hic homo in tempore poſitus poteſt qui-

quidem non peccatum eſt, & cognoscit ab

INST. XIII. Scientia Divina, ſciantia pendet a nostra poſitive præſcientia adhuc a nostra præſcientiam Divinam confeque- Prob. ſeq. Major a nostra libertate cuius poſſet abſolute ſi poſſet abſolute a Divina poſitive

✱. Neg. Major Dei, ſi actus Deus enim deſiniturum. 2.) Hinc ſic eſſe eventive. Ergo, quod ſolus non eventive juxta præſcientiam

INST. XIV. non eventive, & unum ac idem: venire, Deus

quidem non peccare, peccabit tamen, hoc verum est, & hoc verum Deus necessario cognoscit ab æterno.

INST. XIII. Saltem posita præscientia Divina, actus futurus non amplius pendet a nostra libertate. *Probatur.* Si posita præscientia Divina actus penderet adhuc a nostra libertate, ergo possemus præscientiam Divinam fallere: atqui falsum consequens: ergo & antecedens. *Prob. seq. Maj.* Si actus futurus penderet a nostra libertate, ergo actus a Deo præscitus posset absolute non evenire: atqui, si posset absolute non evenire, præscientia Divina posset absolute falli: ergo.

℞ *Neg. Min.* Imo falleretur præscientia Dei, si actus ille non posset non evenire. Deus enim duo prævidet, 1.) actum esse futurum. 2.) Futurum esse libere, ac proinde sic esse eventurum, ut possit non evenire. Ergo, quod actus prævisus possit absolute non evenire, hoc non est contra, sed juxta præscientiam ipsam.

INST. XIV. Rem præscitam posse non evenire, & Deum posse falli sunt unum ac idem: ergo, si actus potest non evenire, Deus potest falli.

12. *Neg. Ant.* Nam, ut Deus possit falli, non sufficit, rem præscitam posse non evenire, sed præterea requiritur, ut possit supponi non eventura: atqui, licet possit non evenire, quippe quæ libera est, non potest tamen supponi non eventura. Cum enim supponatur a Deo prævisa, hoc ipso supponitur eventura; si autem supponitur eventura, non potest supponi non eventura; quia alias supponerentur contradictoria. Ergo rem a Deo prævisam posse non evenire, & Deum posse falli, non sunt unum ac idem. Res patebit exemplo. Cum te video sedentem, ut mea visio possit falli, non sufficit, ut habeas potestatem non sedendi, sed requiritur, ut possis supponi non sedere, dum supponor videre te sedentem. Pariter, ut falli possit præscientia Dei, prævidentis peccatum Antichristi, non sufficit, ut Antichristus possit non peccare, sed necesse est, ut supponi possit non peccaturus. Ratio est, quia potentia ad non actum non opponitur actui, nec proinde præscientiæ actus, sed tantum actus & non actus opponuntur.

INST. XV. Atqui, si actus a Deo prævisus potest non evenire, etiam supponi potest non eventurus. *Prob. subsumpt.* Axioma est: *Possibili ad actum redacto nihil sequitur absurdi*: ergo, si possibile est, ut Antichristus non peccet, etiam supponi potest non peccaturus.

8. *Dist. an*
non destruat alia
neg. At hic in
quæ involvunt
una alteram destr
tem.

INST. XVI.
non eveniret, et
lurus peccatur
Deum fallere.
care, potest D

8. 1. *Neg.*
nim est, ac in
aliet & non fall
at & impossibi
sorda nil nisi
majorem clarita
peccare, id est
inonem peccati
at Deum fallere
ingere potentia
præscientia pecc
Hæc proposio
aturus potest non
sensum, probe s
intelligitur: pote
peccandi cum pr
modo: postea cu
nem peccati cum
sensu vera est,

sz. *Dist. axioma*: Modo una hypothesis non destruat aliam jam factam, conc. secus, neg. At hic interveniunt duæ hypotheses, quæ involvunt contradictionem, & quarum una alteram destruit. Vid. *instantiam præcedentem*.

INST. XVI. Si actus a Deo præscitus non eveniret, ex. gr. si Antichristus præscitus peccaturus non peccaret, actu Deum falleret: ergo, si potest non peccare, potest Deum fallere.

sz. 1. *Neg. hypothesis antecedentis*. Idem enim est, ac si diceretur: si res futura simul esset & non futura: quæ hypothesis absurda est & impossibilis; ex hypothesis autem absurda nil nisi absurdum sequitur. sz. 2. *ad majorem claritatem Dist. Cons.* si potest non peccare, id est, si potest conjungere *omissionem peccati* cum præscientia peccati, potest Deum fallere, conc. id est, si potest conjungere *potentiam omittendi peccatum* cum præscientia peccati, potest Deum fallere, neg. Hæc propositio: *Antichristus prævisus peccaturus potest non peccare*, duplicem admittit sensum, probe secernendum. Vel enim sic intelligitur: potest conjungere *potentiam non peccandi* cum prævisione peccati; vel hoc modo: potest conjungere *actualem omissionem* peccati cum prævisione peccati. Primo sensu vera est, secundo falsa. Sed neque

prior sensus ullo modo præjudicat præscientiæ Dei, cum hæc *potentia* non peccandi non possit supponi redigenda in actum, quin eo ipso fierent hypotheses contradictoriæ.

INST. XVII. Ab actu ad potentiam valet consequentia: ergo, si Antichristus prævisus peccaturus, nec peccans, actu Deum falleret, pariter, si prævisus peccaturus potest non peccare, potest Deum fallere.

R. *Dist. Ant.* Ab actu *chimerico* valet consequentia ad potentiam pariter *chimericam & impossibilem*, *conc.* ad potentiam *veram & possibilem*, *neg.* Actus in antecedente superioris instantiæ contentus his verbis: *Si Antichristus prævisus a Deo peccaturus non peccaret, actu Deum falleret*, est actus chimericus, qui nempe conjungit *non peccatum cum peccato*; a tali autem actu valet consequentia ad potentiam ejusdem naturæ, sive pariter chimericam.

INST. XVIII. Valet hoc ratiocinium: si domus caderet, obrueret inhabitantes: ergo, si potest cadere, potest eos obruere: ergo a pari etiam valet istud: si Antichristus prævisus peccaturus non peccaret, falleret Deum: ergo, si potest non peccare, potest Deum fallere.

R. *Conc.*

R. *Conc.* A
quia prius ratio
prothelin cont
in antecedente
vit hypothesi
scilicet prævisi
turi.

INST. XIX
lere, qui peccat
prævisionem
is potest Deum
cunque mod
agere.

R. *Conc.*
quia prævisio
connexa cum
tia Dei: adeo
videri a crea
ctum esse fur
supponitur,
Deo: & hinc
fita prævisione
esse tuncum, n
qua, post præ
tutum esse, pot

INST. XX
est, jam hodie
a Deo, ergo,

R. Conc. Ant. Neg. Conf. Disparitas est,
quia prius ratiocinium nullam involvit hypo-
thesin contradictoriam. At posterius tam
in antecedente quam in consequente invol-
vit hypotheses sibi contradicentes, peccati
scilicet prævisi & ejusdem peccati non fu-
turi.

INST. XIX. Is potest creaturam fal-
lere, qui potest quocunque modo contra
prævisionem creaturæ agere: ergo etiam
is potest Deum fallere, qui potest quo-
cunque modo contra præscientiam Dei
agere.

R. Conc. Ant. Neg. Conf. Disparitas est,
quia prævisio creaturæ non est infallibiliter
connexa cum actu præviso, sicut præscien-
tia Dei: adeoque dum supponis, actum præ-
videri a creatura, non eo ipso supponis,
actum esse futurum, prout hoc eo ipso præ-
supponitur, dum actus ponitur præsciri a
Deo: & hinc denique hypothesis, qua, po-
sita prævisione creaturæ, ponis actum non
esse futurum, non perinde implicat, ac illa,
qua, posita præscientia Dei, actum non fu-
turum esse, poneret.

INST. XX. Si, quidquid futurum
est, jam hodie verum est, & præscitur
a Deo, ergo, quidquid egero, si Deus

prævidit peccatum meum, peccabo; si prævidit innocentiam, non peccabo: ergo frustra lassabor ad vitandum peccatum.

32. Ineptum est hoc ratiocinium, cujus falsitas sic evincitur: Vel Deus prævidit, te fame necandum, vel non prævidit: si prævidit, fame peribis; si non prævidit, nunquam id continget: ergo frustra manducas. Item: Vel Deus prævidit, te sanitatem recuperaturum, vel non prævidit: si primum, recuperabis; si alterum, morieris: ergo frustra Medicos advocas, pharmaca adhibes, &c. Cernis ineptas conclusiones, Nempe, ut Deus non prævidet, vitam tuam sustentandam, nisi ope alimentorum: nec sanitatem restituendam, nisi dependenter a pharmacis & Medicorum cura; sic non prævidet, te in innocentia perfiturum, nisi dependenter a vigilantia, quam adhibueris cum auxilio gratiæ ad vitandum peccatum, & exercenda christianæ pietatis officia.

COROLLARIUM VII.

Unaquæque propositio vera reciproce vera est, & suo modo per legitimam consequentiam converti potest.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Sit hæc propositio: *Nullus puer fuit senex*: atqui hæc converti nequit: ergo pro-

propositio quædam converti nequit. *Prob. Min.* Si hæc propositio converti posset, ergo simpliciter per *Part. 1. Cap. 2. Artic. 7. §. 3.* atqui sic non potest converti: neque enim reciprocando verum est dicere: *Nullus senex fuit puer: ergo.*

℞. Hanc non esse genuinam propositionis adductæ conversionem; quia non transponitur prædicatum totale, sed saltem pars prædicati. Itaque, cum propositionis convertendæ sensus sit: *Nullus puer est is, qui fuit senex*, sic reciprocando dicendum: *Ergo & nullus, qui fuit senex, est puer.*

INST. I. Sit hæc propositio: *Quidam piscis est in flumine*: atqui hæc non potest converti: ergo. *Prob. Min.* Si hæc propositio posset converti, ergo foret convertenda simpliciter per *loc. citat.* atqui sic non potest converti: neque enim reciprocando licet dicere: *flumen quoddam est in pisce*: ergo.

℞. Neque hanc conversionem, quam affers, esse legitimam, quia non prædicatum ipsum, sed obliquus prædicati transferatur in locum subjecti. Cum igitur propositionis convertendæ prædicatum sit *τὸ existens*, quod latet in verbo copulativo; conversio sic facienda: *ergo aliquid existens in flumine est piscis.*

INST. II. Sint hæc propositiones: *Aliquis Civis est deportatus, aliquis videns est obcæcatus*: atqui hæc non possunt converti; neque enim fas est reciprocando inferre: *ergo aliquis deportatus est civis, aliquis obcæcatus est videns*: ergo.

R. *Dist. Min.* non possunt converti, *si non inhæreas eidem sensui, conc. si inhæreas eidem sensui, neg.* Cum enim propositiones *convertendæ* habeant sensum *divisum*, scilicet: *aliquis, qui fuit civis, est deportatus, aliquis, qui fuit videns, est obcæcatus*, idem sensus retinendus est ac dicendum: *ergo aliquis deportatus est is, qui fuit civis, aliquis obcæcatus est is, qui fuit videns*. Vid. *Part. 1. Cap. 2. Art. 7. §. 6. cum scholio.*

INST. III. Sit hæc propositio: *Omnis usurarius est homo*: atqui hæc non potest converti: ergo. *Prob. Min.* Si hæc propositio posset converti, ergo in particularem per *Part. 1. Cap. 2. Artic. 7. §. 3.* ex. gr. *quidam homo est usurarius*: atqui hujus conversionis consequentia non est legitima; cum propositio *convertenda* sit vera *necessario*, adeoque etiam nullo homine existente; at propositio *conversa* sit tantum vera contingenter, ac proinde falsa in hypothesi, quod nullus homo existat: ergo.

R. *Dist.*

R. *Dist.* pro
ais consequen
etur idem sen
su, neg. Nemp
ferur in mater
conditionum:
usurarius exist
legibus bonæ co
sentus servandus
endum: ergo q
usurarius exist
cellario & pro

INST. IV
lis: *Hominum*
qui hæc non p
reciprocè ver
minimè, est n

R. *Dist.*
verum est, f
onc. si retine
positione conv
onatus, que
tenda.

INST. V.
nem esse Omor
hæc non possit
consequentia: e
torem esse bonu

R. Dist. probationem. hujus conversio-
nis consequentia non est legitima, *si non ser-
vetur idem sensus, conc. si servetur idem sen-
sus, neg.* Nempe prior propositio, cum ver-
feretur in materia necessaria, habet sensum
conditionatum: *omnis usurarius est homo, si
usurarius existit*; quare, præcipientibus ita
legibus bonæ consequentiæ, idem quoque
sensus servandus est in posteriore, & infe-
rendum: *ergo quidam homo est usurarius, si
usurarius existit*; quo facto, utraque & ne-
cessario & pro omni hypothese vera est.

INST. IV. Sit hæc propositio moda-
lis: *Hominem esse animal, est necesse*: at-
qui hæc non potest converti; neque enim
reciprocè verum est: *ergo animal esse ho-
minem, est necesse*: ergo.

R. Dist. probationem. Id non reciprocè
verum est, *si non retineas eundem sensum,*
conc. si retineas, neg. Rursus scilicet in pro-
positione conversa retinendus est sensus con-
ditionatus, quem habet propositio conver-
tenda.

INST. V. Sit hæc propositio: *Homi-
nem esse Oratorem, est contingens*: atqui
hæc non potest converti; quia falsa est
consequentia: *ergo ¶ contingens est, Ora-
torem esse hominem*: ergo.

2. *Ad probationem*, neque hanc consequentiam fore falsam, si insistatur eidem sensui. Cum enim prior propositio, quia verfat in materia contingente, habeat sensum absolutum: *Et existere hominem Et esse Oratorem, est contingens*; omnino per leges consequentiarum requiritur, ut insistatur eidem sensui, atque inferatur reciproce: *ergo Et contingens est, existere Oratorem Et esse hominem.*

INST. VI. Datae responsiones destruunt regulas, quas dedimus *Part. 1. Cap. 2. Artic. 1. §. 9.* Nam juxta illas propositiones *necessariae* habent semper sensum *conditionatum & contingentes* sensum *absolutum.*

3. *Dist. probationem.* propositiones *necessariae* habent semper sensum *conditionatum & contingentes* sensum *absolutum extra consequentiam, conc. intra consequentiam, neg.* Nam intra consequentiam servandus est idem significatus terminorum & idem sensus propositionum.



COROL-

COROL

COROL

Syllogismus
nis, contin

ARGUMEN

Quilibet syllo
nis: (cont
tionibus, & un
bus terminis:
pluribus quarre. Dist. A
est, tribus bu
versu, neg. Vie

INST. I.

test constare
minis diversis
syllogismus:
is: atqui nec
tus: atqui hic
bus, quam trib
mini quippe su
is:) ergare. Dist. M
compositus, qui si
conc. est syllogis

COROLLARIUM VIII.

Syllogismus simplex, siquidem sit legitimus, contineat nequit pluribus quam tribus terminis.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Quilibet syllogismus constat sex terminis: (constat enim tribus propositionibus, & unaquæque propositio duobus terminis:) ergo syllogismus constat pluribus quam tribus terminis.

R2. Dist. Ant. constat sex terminis, id est, tribus bis repetitis, conc. sex terminis diversis, neg. Vid. Part. 1. Cap. 3. Art. 2. §. 6.

INST. I. Atqui etiam syllogismus potest constare pluribus quam tribus terminis diversis. *Prob. subsumpt.* Sit hic syllogismus: Si nox est longa, dies est brevis: atqui nox est longa: ergo dies est brevis: atqui hic syllogismus constat pluribus, quam tribus terminis diversis: (termini quippe sunt nox, longa, dies, brevis:) ergo.

R2. Dist. Maj. & hic est syllogismus compositus, qui specialibus censeretur regulis, conc. est syllogismus simplex, neg.

INST.

INST. II. Atqui etiam syllogismus simplex potest constare pluribus, quam tribus terminis. *Prob. subsumpt.* Sit hic syllogismus simplex: *David & Jonathas fuerunt amicissimi: atqui David & Jonathas fuerunt fortissimi: ergo fortissimi fuerunt amicissimi:* atqui hic syllogismus constat pluribus, quam tribus terminis: (termini enim sunt *David, Jonathas, amicissimi, fortissimi:*) ergo.

℞. *Dist. Min.* constat pluribus, quam tribus terminis *totalibus, neg. partialibus, conc.* Nam termini, *David & Jonathas,* faciunt unum subjectum totale.

INST. III. Atqui etiam syllogismus potest constare pluribus quam tribus terminis totalibus. *Prob. subsumpt.* Sit hic syllogismus: *Omne non vivens est non animal: atqui homo est animal: ergo homo est vivens:* atqui hic syllogismus constat pluribus quam tribus terminis totalibus: (termini enim sunt *vivens, non vivens, animal, non animal, & homo:*) ergo.

℞. *Dist. Min.* & hic est syllogismus *immediatus, neg. mediatus, conc.* Neque enim regulis syllogisticis immediate nititur hic syllogismus, sed regulis conversionis, quatenus

us major prop
poller isti: omne

INST. IV.

mediatus potest

tribus terminis.

logismus immedi

ditur lineis: at qui

circulos clauditur

us constat plur

nis: ergo. Pro

duplicem habe

distributivum

disjunctivum se

℞. *Dist.*

quorum unus in

unus excludit al

versalis includi

INST. V.

utivus & dis

terminos. Pro

us: *Omne ani*

mus animalia:

℞: atqui hic f

terminos, quia

utivum & Min

℞. *Dist. Min.*

distributivum de

regulis genera

nus major propositio vi Conversionis æquipollet isti: *omne animal est vivens.*

INST. IV. Atqui etiam syllogismus immediatus potest constare pluribus, quam tribus terminis. *Prob. subsumpt.* Sit hic syllogismus immediatus: *Omnis figura clauditur lineis: atqui circulus est figura: ergo circulus clauditur lineis:* atqui hic syllogismus constat pluribus, quam tribus terminis: ergo. *Prob. Min.* Terminus medius duplicem habet sensum, scilicet in Majore distributivum seu universalem, in Minore disjunctivum seu particularem: ergo.

R. Dist. Ant. duplicem habet sensum, quorum unus includit alterum, *conc. quorum unus excludit alterum, neg.* Nam sensus universalis includit particularem.

INST. V. Atqui etiam sensus distributivus & disjunctivus faciunt diversos terminos. *Prob. subsumpt.* Sit hic syllogismus: *Omne animal fuit in Arca Noë: nos sumus animalia: ergo & nos fuimus in Arca Noë:* atqui hic syllogismus habet quatuor terminos, quia Major habet sensum distributivum & Minor disjunctivum: ergo.

R. Dist. Min. quia Major habet sensum distributivum *de generibus singulorum, conc. de singulis generum, neg.*

INST. VI. Atqui etiam sensus distributivus de singulis generum & disjunctivus faciunt diversos terminos. *Prob. subs.* Sit hic syllogismus; *Omnis homo est mendax: Christus est homo: ergo Christus est mendax:* atqui hic syllogismus habet quatuor terminos, quia Major habet sensum distributivum de singulis generum & Minor sensum disjunctivum: ergo.

R. *Dist. Min.* quia Major habet sensum distributivum accommodum, conc. distributivum absolutum, neg. Vid. *Part. 1. Cap. 2. Art. 4. §. 5. cum scholio.*

INST. VII. Sensus collectivus & disjunctivus faciunt terminos diversos: ergo a pari etiam sensus distributivus & disjunctivus.

R. *Conc. Ant. Neg. Conf.* *Disparitas est,* quia sensus collectivus affirmat prædicatum de *tota collectione*, non de *singulis*. At sicut sensus distributivus affirmat prædicatum de *singulis* universaliter, ita quoque sensus disjunctivus affirmat prædicatum de *singulis*, sed particulariter.

COROL-

CORO

Terminus n
alterutra

ARGUMEN

Valere potest
medus in

universaliter: e

Ant. Hic syllo
corpus est substitia: ergo lapsus
logismo termina, in neutra
liter: ergo.R. *Dist. M*ci materia, co
syllogismumsunt vera, &
est substantia:ergo spiritus est
Art. 2. §. 7.

INST. Acco

logismus vi for
in neutra pren

Prob. subsomat.

forma: Cetero
tor: ergo quia

COROLLARIUM IX.

Terminus medius saltem in præmissarum alterutra sumatur universaliter.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Valere potest syllogismus, etsi terminus medius in neutra præmissa sumatur universaliter: ergo hæc regula fallit. *Prob. Ant.* Hic syllogismus est bonus: *Omne corpus est substantia: atqui lapis est substantia: ergo lapis est corpus:* atqui in hoc syllogismo terminus medius, scilicet *substantia*, in neutra præmissa sumitur universaliter: ergo.

R. Dist. Maj. Hic syllogismus est bonus *vi materiæ, conc. vi formæ, neg.* Nam ecce syllogismum similis formæ, cujus præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa: *Omne corpus est substantia: atqui spiritus est substantia: ergo spiritus est corpus.* Vid. *Part. 1. Cap. 3. Art. 2. §. 7.*

INST. Atqui etiam valere potest syllogismus *vi formæ*, etsi terminus medius in neutra præmissa sumatur universaliter. *Prob. subsumpt.* Hic syllogismus valet *vi formæ:* *Cicero fuit Consul: Cicero fuit Orator: ergo quidam Orator fuit Consul:* at
 Z 2 qui

qui in hoc syllogismo terminus medius in neutra præmissa sumitur universaliter: ergo. *Prob. Min.* Terminus singularis non potest sumi universaliter: atqui in allato syllogismo terminus medius est singularis: ergo.

Ex. Dist. Maj. non potest sumi universaliter pro suis inferioribus, sicut terminus communis, *conc.* non potest sumi universaliter pro suo significato toto, *neg.* Regula nostra agit de syllogismo, qui constat medio communi; quanquam & ad medium singulare applicari queat, cum & hoc suo modo sumatur universaliter; scilicet pro suo significato toto.

COROLLARIUM X.

Termini non sumantur latius in conclusione quam in præmissis.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Syllogismus concludit legitime. etsi terminus quidam sumatur latius in conclusione, quam in præmissis: ergo hæc regula est supervacanea. *Prob. Ant.* Hic syllogismus concludit legitime: *Commodatum est contractus: Testamentum non est Commodatum: ergo testamentum non est*

contractus: atqui in hoc syllogismo terminus quidam, scilicet *contractus*, sumitur latius in conclusione quam in præmissis: ergo.

32. *Neg. Maj.* Nam etsi conclusio vera sit ratione *materiæ*, eam tamen non legitime ex his præmissis deduci *vi formæ*, ostendit sequens syllogismus similis formæ, cujus præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa: *Commodatum est contractus: Mutuum non est commodatum: ergo Mutuum non est contractus.* Vid. *Part. 1. Cap. 3. Art. 2. §. 8.*

INST. I. Atqui etiam syllogismus potest legitime concludere *vi formæ*, etsi termini sumantur latius in conclusione, quam in præmissis. *Prob. subsumpt.* Hic syllogismus concludit legitime *vi formæ*: *Quidam Romæ conditor fuit fratricida: Tarquinius non fuit fratricida: ergo Tarquinius non fuit Romæ conditor*: atqui in hoc syllogismo terminus aliquis sumitur latius in conclusione quam in præmissis, (scilicet *Romæ conditor*): ergo.

33. *Neg. Min.* Nam *Romæ conditor* est terminus singularis; idem quippe significat ac *Romulus*, adeoque suo modo sumitur universaliter tam in Majore quam in conclusione. Porro signum particulare *quidam* non cadit

in hunc terminum *Romæ Conditor*, sed in alium subintellectum, ita ut sensus sit: *Quidam homo, videlicet Romæ conditor fuit fratricida &c.*

INST. II. Hic syllogismus concludit legitime vi formæ: *Si aliquis homo id sciret, maxime Aristoteles id sciret: atque Aristoteles id non scit: ergo nullus homo id scit: atqui in hoc syllogismo terminus aliquis, scilicet homo, sumitur latius in conclusione, quam in præmissis: ergo.*

R. *Neg. Min.* Nam terminus *homo* in majore æque ac in conclusione sumitur universaliter. Est enim syllogismus disjunctivus, & Major habet hunc sensum: *Vel nullus homo id scit, vel certe Aristoteles id scit, &c.*

INST. III. Valet syllogismus, si terminus in præmissis sumitur *universaliter* & in conclusione *particulariter*: ergo & vice versa, si terminus in præmissis sumitur *particulariter* & in conclusione *universaliter*.

R. *Conc. Ant. Neg. Conf.* *Disparitas est, quia terminus universalis includit particularem, at non particularis universalem.*

COROL.

CORO
 Ex duabus
 ARGUME
 Sit hic syllogi
 zimus:
 Si Julianus: e
 mus fuit Apost
 ex duabus P
 concluditur:
 R. Neg. A
 ord nata sit,
 dicatur de lati
 esse inordinat
 modo: Jul
 Imperator Ro
 INST. I.
 laribus rice c
 ex duabus P
 concluditur.
 R. Conc.
 quia, si ambig
 aut terminus m
 ter, aut termin
 conclusione qu
 Cap. 3. Art. 2.
 tingit, ubi an

COROLLARIUM XI.

Ex duabus Præmissis particularibus non rite concluditur.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Sit hic syllogismus: *Aliquis Apostata fuit Julianus: aliquis Imperator Romanus fuit Julianus: ergo aliquis Imperator Romanus fuit Apostata: atqui in hoc syllogismo ex duabus Præmissis particularibus rite concluditur: ergo regula falsa est.*

R. Neg. Min. Cum enim propositio inordinata sit, in qua terminus angustior prædicatur de latiore; facile patet, has Præmissas esse inordinatas, adæque invertendas hoc modo: *Julianus fuit apostata: Julianus fuit Imperator Romanus: ergo &c.*

INST. I. Ex duabus præmissis singularibus rite concluditur: ergo a pari etiam ex duabus præmissis particularibus rite concluditur.

R. Conc. Ant. Neg. Conf. Disparitas est, quia, si ambæ Præmissæ sunt particulares, aut terminus medius bis sumitur particulariter, aut terminus quidam sumitur latius in conclusione quam in præmissis. (vid. *Part. 1. Cap. 3. Art. 2. §. 9.*) Neutrum ex his contingit, ubi ambæ præmissæ sunt singulares.

Nam eo casu terminus medius est singularis, qui sumitur universaliter suo modo, hoc est, quam latissime sumi potest.

INST. II. Valere potest hic syllogismus: *Quidam homo est Jurisperitus: quidam homo est Medicus: ergo quidam Medicus est Jurisperitus: ergo etiam ex duabus præmissis particularibus rite concluditur.*

R. *Dist. Ant.* Valere potest *vi materiæ, conc. vi formæ, neg.* Est enim similis huic: *Quidam homo est sobrius: quidam homo est ebrius: ergo quidam ebrius est sobrius.* Hujus autem formam valere quis asseret?

COROLLARIUM XII.

Ex duabus negativis nihil itidem sequitur.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Legitime concludit hic syllogismus: *Nullum quadratum est infinitum: nullum triangulum est infinitum: ergo nullum triangulum est quadratum: ergo ex duabus negativis sequitur conclusio legitima.*

R. *Neg. Ant.* Nam hæc conclusio non aliter vera est, quam ratione materiæ & quatenus est nuda propositio, Ecce enim syllogismum similis formæ, cujus præmissæ sunt
veræ

veræ & concluditur: nullum triangulum est infinitum: ergo nullum triangulum est quadratum: Cap. 3. Art. 2.

INST. I. legitime concluditur: arg. præmissæ: arg. hiis præmissis

R. Neg. affirmativa. Nuda est constantem terminum: nullus est: eundem minore ponitur: infinitum:

INST. II. Si Mens non corruptio: ergo non est corruptio: hæc præmissæ sunt

R. 1. Hic qui nititur peccati. Part. 1. Cap. 3. Nam Major affirmativa: Quod est in mente a

veræ & conclusio falsa: *Nulla figura est infinita: nullum triangulum est infinitum: ergo nullum triangulum est figura.* Vid. Part. 1. Cap. 3. Art. 2. §. 10.

INST. I. Hic syllogismus concludit legitime: *Quicumque non credit, non salvatur: atqui infidelis non credit: ergo non salvatur:* atqui hic syllogismus constat duabus præmissis negativis: ergo.

℞. *Neg. Min.* Minor enim propositio est affirmativa. Nam quia in syllogismo servanda est constantia terminorum: in Majore autem terminus *credens* ponitur *infinite*, & sensus est: *nullus, non credens, salvatur;* sequitur, eundem terminum eodem modo & in minore ponendum esse, ita, ut sit propositio infinita: *atqui infidelis est non credens, &c.*

INST. II. Hæc conclusio est legitima: *Si Mens non constat partibus, non est obnoxia corruptioni: atqui non constat partibus: ergo non est obnoxia corruptioni:* atqui ambæ præmissæ sunt negativæ: ergo.

℞. I. Hic est syllogismus *conditionalis*; qui nititur peculiaribus regulis, quas vide Part. 1. Cap. 3. Artic. 3. §. 3. ℞. 2. *Neg. Min.* Nam Major æquivalet huic propositioni affirmativæ: *Quidquid compositionis est expers, est immune a corruptione.*

COROLLARIUM XIII.

Terminus Medius ne ingrediatur
conclusionem.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Sic hic syllogismus: *Omnis Angelus est Spiritus: Gabriel est Angelus: ergo aliquis Spiritus est Angelus*: atqui hujus syllogismi conclusio est legitima, etsi eam ingrediatur terminus medius: ergo terminus medius, forma syllogistica nequicquam refragante, potest ingredi conclusionem.

R. *Dist. Min.* conclusio est legitima *vi conversionis*, *conc. vi formæ syllogisticae*, *neg.* Vid. *Part. 1. Cap. 3. Artic. 2. §. 11.*

INST. Omnis conclusio legitima repetit præmissas, ex. gr. *ergo Gabriel est Spiritus, quia omnis Angelus est Spiritus, & Gabriel est Angelus*: ergo forma syllogistica non modo patitur, sed usque adeo exigit, terminum medium ingredi conclusionem.

R. *Dist. Conf.* exigit terminum medium ingredi conclusionem, *tanquam objectum terminativum*, *neg. tanquam objectum motivum*, *conc. objectum terminativum* est habitudo extre-

tremo.

tenorum inter
sulatione: ob
corundem exte
que dijudicatur
terminum mediu
conclusionem, ta
cum, sed licet
ab ee ungi, ta
Sed hoc non vet

CORO
Conclusio

ARGUM

EX una præ
test lequ
clusio non im
Prob. Ant. S
us est substan
ergo Mens est
logismo una p
conclusio est v

R. *Dist. M*
temus est simplex
conc. quatenus
clusio enim, qu
salem, scilicet
quia omne con

remorum *inter se*, quæ affirmatur in conclusione: objectum *motivum* est habitudo eorundem extremorum *cum termino medio*, quæ dijudicatur in præmissis. Ex quo patet, terminum medium nequaquam ingredi posse conclusionem, tanquam objectum *terminativum*, sed saltem per quandam reflexionem ab ea attingi, tanquam objectum *motivum*. Sed hoc non vetat regula.

COROLLARIUM XIV.

Conclusio imitatur Præmissam debiliorem.

ARGUMENTA CONTRARIA.

EX una præmissa vera & altera falsa potest sequi conclusio vera: ergo conclusio non imitatur præmissam debiliorem. *Prob. Ant.* Sit hic syllogismus: *Omne corpus est substantia: atqui Mens est corpus: ergo Mens est substantia:* atqui in hoc syllogismo una præmissa est falsa, & tamen conclusio est vera: ergo.

R. Dist. Min. & tamen conclusio, *quatenus est simplex ac nuda propositio*, est vera, *conc. quatenus est conclusio*, est vera, *neg.* Conclusio enim, qua conclusio, facit sensum causalem, scilicet: ergo Mens est substantia, quia omne corpus est substantia, & Mens est

cor-

corpus; propositio autem causalis est falsa, si vel una propositio simplex, in ea contenta, sit falsa. Vid. *Part. 1. Cap. 2. Artic. 2. §. 5.*

INST. I. Ex una præmissa necessaria, & altera contingente potest sequi conclusio necessaria: ergo. *Prob. Ant.* Sit hic syllogismus: *Quidquid se movet, est animal: Cajus se movet: ergo Cajus est animal:* atqui in hoc syllogismo una præmissa est contingens, & conclusio est necessaria: ergo.

R. *Dist. Min.* conclusio, qua propositio, est necessaria, conc. conclusio, qua conclusio, neg. Sic enim habet sensum causalem, uti dictum; propositio autem causalis censetur contingens, si vel una simplex inclusa sit contingens.

INST. II. Effectus sequitur causam fortiorem, ceu patet, ubi ex. gr. robustus & infirmus concurrunt in levando pondere: ergo etiam conclusio sequitur præmissam fortiorem.

R. *Dist. Ant.* si causæ concurrant *divisim*, conc. si *indivisim*, neg. Porro causæ dicuntur concurrere *divisim*, si una non dependeat necessario a concursu alterius, sed unaquæque possit agere extra alterius consortium; *indivisim* vero, si tam necessario a se invicem dependeant, ut altera sine altera agere nequeat.

Atque

Coro
Aque ex eo ap
tionem concurr
simul sumpt
tivum conclusio

COROL

Evidentia pa

ARGUMENT

Evidentia n
physicam,
atqui non pote
parit certitud
Min. Ut evid
deberet assign
tia, per quam
non potest aff
dentia; siquid
dentia: ergo n

R. Neg. Ma
potest & mani
sentiam sui per se
hæri potest clarior
dentia per se
facit certos, mod
ad ideas.

Atque ex eo apparet, præmissas ad conclusionem concurrere *indivisim*, cum ambæ, simul sumptæ, sint unum ac indivisibile motivum conclusionis.

COROLLARIUM XV.

Evidentia parit certitudinem metaphysicam.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Evidentia non parit certitudinem metaphysicam, si non possit certo cognosci: atqui non potest certo cognosci: ergo non parit certitudinem metaphysicam. *Prob. Min.* Ut evidentia posset certo cognosci, deberet assignari regula diversa ab evidentia, per quam ipsa cognosceretur: atqui non potest assignari regula diversa ab evidentia; siquidem nihil datur clarius evidentia: ergo non potest certo cognosci.

R. Neg. Maj. Evidentia per se ipsam innotescit & manifestatur. Ut enim Sol præsentiam sui per semetipsum certam facit, nec fieri potest clarior per aliquid aliud; sic Evidentia per semetipsam de sui præsentia nos facit certos, modo attendamus & reflectamus ad ideas.

INST. I. Evidentia vera nihil habet, per quod discernatur ab evidentia *apparente*: ergo non possumus esse certi de præsentia evidentiae veræ.

R. *Neg. Ant.* Nam characteres, *veræ* evidentiae proprios, assignavimus supra *Part. 2. Cap. 1. Art. 1. §. 4* Nempe 1.) non cadit, nisi in ideas puras. 2.) Rapit Mentis assensum, multo minus eam finit assentiri opposito. 3.) Plenam sinceræ voluptatis securitatem ingenerat, quatenus Mens vivida simul & serena luce perfusa, fruitur sine ullo erroris metu veritatis perspectæ deliciis. His characteribus, duobus præsertim postremis, caret evidentia *apparens*. Nam 1.) relinquit Menti libertatem cohibendi assensum, donec clare conspiciatur idearum habitudo, quæ in evidentia *apparente* non ita se prodit. 2.) Anxiam relinquit in Mente deceptionis formidinem, adeo, ut, si quis oretenus asserat, se niti evidentia, tamen reluctante conscientia fluctuet, & sibi ipsi diffidat.

INST. II. Atqui eosdem characteres habet evidentia *apparens*, quos habet *vera*. *Prob. subsumpt.* Evidentia *apparens* perfectam quandoque affert Menti securitatem ab errore: ergo. *Prob. Ant.* Præjudicatæ opiniones, utut falsæ, eandem affert Menti securitatem, quam affert evidentia *vera*: ergo.

R. *Neg. Ant.*
est, ut intuitiva
ror, ubi plus
clare ac distincte
vum infallibile,
dei, præter se
judicis tantum d
esse minorem ter
conquerat, qua
ditationem, tam
pendat accurat
ne falsi quidpi

INST. III.
tam firmiter e
esse in manu
esse sex: ergo
nullam habet

R. *Neg. Ant.*
sunt per se ip
prejudicium,
erroris suspicio
sui cogas, si e
dices, manu
quamvis ebit ser
tegra quodoci
manum retenti
re ex manu, cur
ab opinione sua
attentius perpen
vis tria sunt lex.

R. Neg. Ant. Fieri enim nullo modo potest, ut ininituta meditatione non timeatur error, ubi plus affirmatur, quam quod in ideis clare ac distincte perspicitur: nisi forte motivum infallibile, cujusmodi est motivum fidei, præstet securitatem. Si quis igitur præjudiciis tantum ductus judicat, Solem ex. gr. esse minorem terra, is, licet in errore suo conquiescat, quamdiu nullam instituerit meditationem; tamen, si in se reversus rem expendat accuratius, non poterit non metuere, ne falsi quidpiam admiserit.

INST. III. Rudes & agrestes homines tam firmiter existimant, dolorem ex. gr. esse in manu, quam certo sciunt, bis tria esse sex: ergo securi sunt in judicio, quod nullam habet evidentiam.

R. Neg. Ant. Homines isti, quia non sunt per se ipsi meditationis capaces, hoc præjudicium, temere admissum, sine ulla erroris suspitione retinent. At si eos ratiocinari cogas, si ostendas, quid sit dolor, si edoceas, manum quandoque male affici, quamvis absit sensus doloris, & vice versa, integra quandoque ac sana manu dolorem ad manum referri, imo aliquos sibi videri dolere ex manu, cum eadem sit amputata, facile ab opinione sua deducuntur. Contra, quo attentius perpendunt hoc iudicium evidens: bis tria sunt sex, eo magis verum iudicasse se

se perspicient, nec ulla ratione poterunt ab assensu suo dimoveri. Idem dicendum de aliis præconceptis opinionibus falsis. Adde, quod præjudicia pleraque non versentur circa idearum proprie dictarum habitudinem, adeoque nulla ibi sit, ne mentita quidem evidentiæ species.

INST. IV. Homo pertinax, etiam post institutam meditationem, falso iudicio sic adhæret, ut sit prorsus ab errore securus; putat enim se videre in ideis habitudinem illam, quam male affirmat: ergo evidentiâ apparens, etiam post institutam meditationem, perfectam affert securitatem.

R. *Dist. probationem*, putat hoc temere, *conc. prudenter*, *neg.* & sub data distinctione *neg. conf.*

INST. V. Possum dubitare, utrum prudenter, an temere putem me percipere habitudinem idearum: ergo nunquam certus sum de veritate evidentiæ.

R. *Neg. Ant.* Si enim 1.) claritas idearum rapit Mentis assensum: Si 2.) in assensu dato perfecta sit animi tranquillitas ac securitas, tum enimvero prudenter putas, te percipere illam habitudinem.

INST.

INST. VI. Ex dictis requiritur attentio, aliquando etiam ratiocinatio ad evidentiam: ergo saltem dubitare possumus, an satis attendamus, item an recte ratiocinemur, nec ne.

R. *Neg. Conf.* Attentio enim innotescit per sensum intimum, quo quisque conscius est attentionis suæ. Valor autem ratiocinationum nostrarum indubie liquet ex regulis hanc in rem suo loco traditis.

INST. VII. Atqui etiam, ubi adsunt attentio & characteres evidentiae veræ, adhuc dubitare possumus de veritate nostrorum judiciorum. *Prob. subsumpt.* Existit fortassis aliquis Genius seductor, qui Menti humanæ illudat in rebus etiam evidentissimis, & ubi adsunt characteres evidentiae veræ: ergo.

R. *Neg. Ant.* Genius ille, quantumvis potens supponatur, non potest efficere, ut idem simul sit & non sit: hoc autem deberet efficere, si falleret Mentem judicantem ex evidentia vera. Vid. *Part. 2. Cap. 1. Artic. 1. §. 8.*

INST. VIII. Mens, quæ sæpe experta est, judicia evidentissima, id est, veræ evidentiae characteribus munita, fefellisse,

A a

non

non immerito metuit erroris periculum, etiam ubi adsunt hi characteres: atqui Mens sæpe experta est, hujusmodi judicia fefellisse: ergo. *Prob. Min.* Sint hæc judicia: *Ex nihilo nihil fit*: item: *Quæ sunt quid idem cum uno tertio, sicut quid idem inter se*: atqui hæc duo judicia olim visa sunt evidentissima, id est, veræ evidentix characteribus munita, & hodie tamen, fide nos aliter erudiente, comperta sunt falsa; nam ex nihilo aliquid fit per creationem, & tres Personæ Divinæ sunt quid idem cum Natura Divina, nec tamen sunt quid item inter se: ergo.

R. Neg. Min. Ad probationem dico, principia illa etiamnum verissima esse eo sensu, quo vera olim habita sunt. Sensus primi axiomatis est: *Nihil fieri potest ex nihilo, tanquam ex materia seu subjecto formæ alicujus capace.* Porro principium istud etiam hodie verissimum est, & Deus omnipotens, qui potest aliquid creare ex nihilo, hoc est, qui potest facere, ut nunc existat id, quod antea nullatenus existebat, non idcirco potest aliquid facere ex nihilo, tanquam ex subjecto formæ alicujus capace. Secundi axiomatis sensus est: *Quæ sunt quid idem cum uno tertio incommunicabili, sunt quid idem inter se.* Et hæc propositio eodem sensu hodieque est verissima.

Nec

Ne obstat my
quippe quod si
esse communem
phi, cum Nat
municabilem e
gnoscerent, nil
runt hoc axioma
illo, qui modo

INST. IX
rerum essentia
reddere not
stincta sit per
ideis affirmat

R. Neg. A
sentia rerum
nitus quidem
essentia trien
tribus consta
dem alia esse

INST. X
sunt res ipsæ
tæ: ergo nec

R. Diff. M
essentiam, com
existentiæ, ne
Si res create
ve quatenus ex
quia necesse n
ctatæ quod est

Nec obstat mysterium sanctissimæ Trinitatis, quippe quod supponit, Naturam Divinam esse *communicabilem*. Porro veteres Philosophi, cum Naturam Divinam pluribus communicabilem esse, ignorarent, nihilque cognoscerent, nisi incommunicabile, non poterunt hoc axioma alio sensu intelligere, quam illo, qui modo fuit exhibitus.

INST. IX. Deus potest mutare ipsas rerum essentias: ergo etiam potest falsa reddere nostra judicia, ut ut clara ac distincta sit perceptio habitudinis, quam de ideis affirmamus.

ꝛ. *Neg. Antecedens Cartesianum*. Nam essentia rerum sunt ita necessariae, ut ne divinitus quidem alia esse possint. Sic ex. gr. essentia trianguli tam necessario est figura, tribus constans angulis, ut ne divinitus quidem alia esse possit.

INST. X. Tales sunt essentia, quales sunt res ipsæ: atqui res non sunt necessariae: ergo nec essentia.

ꝛ. *Dist. Maj.* quales sunt res ipsæ quoad essentiam, *conc.* quales sunt res ipsæ quoad existentiam, *neg.* Sic *Dist. Min. & Neg. Conf.* Si res creatæ spectentur quoad existentiam, si ve quatenus existunt, non sunt necessariae; quia necesse non est, illas existere. Sed spectatæ quoad essentiam, sunt necessariae; quia

ex hypothesi, quod existant, existunt necessario tales. Sic necesse non est, ut existat circulus; sed ex hypothesi, quod existat, non potest non esse figura rotunda, cujus peripheria distet ubique æqualiter a centro.

INST. XI. Res omnes sunt mutabiles: ergo non sunt necessariae quoad essentiam.

ꝛ. *Dist. Ant.* sunt mutabiles quoad existentiam, *conc.* quoad essentiam, *neg.*

INST. XII. Quidquid creatum est, pendet a Deo: & quidquid pendet a Deo, ab eodem mutari potest: atqui essentiae sunt creatae & pendunt a Deo: ergo.

ꝛ. *Dist. Min.* sunt creatae & pendunt a Deo quoad existentiam, *conc.* quoad se, *neg.* Essentiae sunt ab æterno; ab æterno nempe vera fuit hæc propositio: *homo est animal rationale*: nec potuit in tempore existere homo, qui non esset animal rationale. Solus equidem Deus dici potest increatus; sed non idcirco essentiae dici debent creatae potiusquam increatae, quia abstrahunt ab existentia: solis autem rebus existentibus convenit appellari creatas vel increatas. Deinde essentiae rerum pendunt a Deo quoad existentiam, sive pendet a Deo, ut res existant vel non existant; sed ab ipso non pendet, ut existant aliæ quam concipiuntur.

COROL.

COROLLARIUM XVI.

Testimonium Conscientiæ itidem parit certitudinem metaphysicam.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Fieri potest per absolutam Dei potentiam, ut habeamus testimonium conscientiæ de actu aliquo, licet non sit actus ille: ergo testimonium conscientiæ divinitus falli potest: ergo non parit certitudinem metaphysicam.

R. Neg. Ant. Nam testimonium conscientiæ de actu aliquo est Mens ipsa affecta suo actu: atqui Deus non potest facere, ut Mens sit affecta suo actu, si nullus re ipsa sit actus; alias enim idem simul esset & non esset: nam actus non esset, ut supponitur: & tamen esset, quia Mens foret affecta suo actu, five Mentis actus esset in se reflexus; quod involvit contradictionem. Vid. *Part. 2. Cap. 1. Artic. 2. §. 5.*

INST. I. Qui sibi conscius est, se vigilare, non idcirco metaphysice certus est, se vigilare: ergo testimonium conscientiæ non parit certitudinem metaphysicam.

R. Dist. Ant. si per vigiliam intelligas *statum quendam corporis, conc.* si *statum animæ ipsius* intelligas, *neg.* Duo in vigilia distin-

stingue: alterum, quod se tenet ex parte corporis, & est iusta membrorum dispositio, ad functiones suas obeundas idonea: alterum, quod se tenet ex parte animæ, & est expedita quædam agilitas seu cogitandi facilitas. Sensus intimus, qui nos docet ea tantum, quæ peraguntur in animæ nostræ substantia, nos facit metaphysice certos de illa facilitate & agilitate animæ, neutiquam vero de illa membrorum dispositione, quæ pertinet ad corpus.

INST. II. Qui vigilat, potest dubitare, utrum vigilet, an somniet: ergo per sensum intimum non sumus metaphysice certi, nos vigilare.

ꝛ. *Neg. Ant.* Modo is, qui vigilat, fit sui compos. Fieri enim potest, ut Mens ita vivide percellatur inexpectato quodam eventu, ut non satis attendat ad vigiliam.

INST. III. Ex Actibus Apostolorum constat, Divum Petrum excitatum a somno putasse, se visum videre, id est, se somnare: ergo Divus Petrus vigilabat se dormire: ergo, qui vigilat, dubitare potest, vigiletne, an dormiat.

ꝛ. *Dist. Conf.* Petrus vigil, nec sui compos, putabat se dormire, conc. vigil, & sui compos, neg. Putabat equidem Petrus, se visum

non videre, si
quod alio dicitur
scribitur se
dicit: non ja

INST. I
an vigilet, ne
lat, dicitur

& Conc.
quia vigilia, u
dificatio anim
fui conscient
vigilare. A
qua anima n
fui conscient
tare potest,
nec vigiliae
beat.

INST.
tur, somni
nem metap
num conf
ergo & id, u

ꝛ. Neg.
scientia cogna
metaphysice
tia suarum co

INST.
men inter

sum videre, sive se somniare; sed mentem ejus alio distractam fuisse, declarant verba scripturæ sequentia: *Petrus, ad se reversus, dixit: nunc scio vere &c.*

INST. IV. Qui dormit, sæpe dubitat, an vigilet, nec ne; ergo a pari, qui vigilat, dubitare potest, an dormiat.

R. Conc. Ant. Neg. Conf. Disparitas est, quia vigilia, utpote aliquid positivum, & modificatio animam ipsam afficiens, importat sui conscientiam, qua vigilans fit certus, se vigilare. At cum somnus sit mera negatio, qua anima non potest affici, non importat sui conscientiam; unde, qui dormit, dubitare potest, utrum vigilet, an dormiat, cum nec vigiliæ nec somni sensum interiorem habeat.

INST. V. Ex his responsionibus sequitur, somniantes habere aliquam certitudinem metaphysicam, quia habent testimonium conscientiæ: atqui sequela est falsa: ergo & id, unde sequitur.

R. Neg. Min. Nam implicat, ut sit conscientia cogitationis, nec sit cogitatio: ergo metaphysice certi sunt somniantes de existentia suarum cogitationum.

INST. VI. Ergo nullum erit discrimen inter judicia somniantium & vigilantium:

tium: atqui falsum est consequens: ergo & antecedens.

℞. *Neg. sequelam Maj.* Sequitur tantum ex responsione id, quod verum est, nullum esse discrimen inter judicia, quæ ferunt somniantes & vigilantes de existentia propria & modificationibus animæ suæ. Cæterum utrorumque judicia differunt in multis aliis. Nam 1.) non tam expedite eliciuntur a somniantibus. 2.) Non habent inter se eum ordinem, quem habent judicia vigilantium. Præterea 3.) multum differunt circa objecta externa, quæ vigilantes vident existentia, somniantes videre tantum sibi videntur.

INST. VII. Deluduntur somniantes in suis judiciis; ex. gr. dum judicant, se audire suavem musicam, se invenisse pretiosum thesaurum, &c. ergo non habent certitudinem metaphysicam.

℞. *Dist. Ant.* Deluduntur, quatenus judicant adesse objecta externa, quæ revera non adsunt, conc. quatenus judicant, se perinde affici, ac si adessent objecta illa, id est, se habere aliquam cogitationem aut sensationem, ex. gr. sensum gaudii, doloris, frigoris &c. *neg.* Conferatur omnino hanc in rem *Part. 2. Cap. 1. Artic. 2. §. 2. cum scholio*, ubi duo somniantium judicia accurate fecernuntur. Porro quod de somniantibus ibi dici reperies, idem

idem quoque
firis ac phren
luntur in e
cogitare & e
rent objecta
pus agentis;
judicant, extra
bus affici se ex
dulo sensation
per testimoniu
teriora, circ
mus; sed de
testimonium

COR

Testimoniu

ARGU

I. Co

EXperien
lere: er
parit certitudo

℞. *Dist.*
sunt conditio
conditioes
1. Artic. 3. §.
stra temere
cet aliqua d

idem quoque dictum puta de Visionariis, deliris ac phrenericis. Nam omnes isti non falluntur in eo, quod judicant, se existere, se cogitare & eodem modo affici, ac si existere objecta quædam externa, in suum corpus agentia; sed error in eo consistit, quod judicant, extra Mentem existere objecta, quibus affici se existimant. Distingue igitur sedulo sensationes ipsas, de quibus certi sumus per testimonium conscientiæ, & objecta exteriora, circa quorum existentiam falli possumus; sed de quibus nullum est conscientiæ testimonium.

COROLLARIUM XVII.

Testimonium Sensuum legitimum parit certitudinem physicam.

ARGUMENTA CONTRARIA.

I. *Contra certitudinem physicam.*

EXperientia quotidiana docet, sensus fallere: ergo testimonium sensuum non parit certitudinem physicam.

æ. Dist. Ant. sensus fallere, cum non adsunt conditiones requisitæ, conc. cum adsunt conditiones requisitæ, neg. Vid. Part. 2. Cap. 1. Artic. 3. §. 8. cum seqq. Quando Mens nostra temere assentitur sensuum testimonio, licet aliqua desit ex conditionibus requisitis,

tunc fallunt sensus, vel potius nos ipsi fallimus; non enim sensibus, sed Menti imprudenti tribui debet hæc deceptio.

INST. I. Ad sunt conditiones requisitæ, cum sensus testantur, esse panem in Eucharistia, & tamen hoc testimonium fallit: ergo sensus sunt fallaces, etiam cum adsunt conditiones requisitæ.

R. *Dist. Ant.* fallit *intercedente miraculo*, *conc.* fallit *citra miraculum*, *neg.* Et hæc ipsa est certitudo, quam vocamus *physicam*, cujus oppositum nequit accidere, nisi divinitus & per miraculum.

INST. II. Etiam cum adsunt conditiones requisitæ, & nullum intercedens miraculum, nos fallunt sensus circa magnitudinem & motum corporum: ergo non pariunt certitudinem physicam.

R. *Dist. Ant.* nos fallunt sensus circa magnitudinem & motum corporum, *si absolute sumantur*, *conc.* *si relative sumantur*, *neg.* Magnitudo & Motus corporum sumuntur *absolute*, cum spectantur, ut sunt in se, & extra comparationem cum magnitudine & motu aliorum corporum: sumuntur *relative*, quando comparantur cum iisdem aliorum corporum qualitatibus. Equidem sensus nos fallerent, si ex illorum testimonio judicaremus

Con
nus de magn
tis; de mag
vel minor
lo pro ratione
dispositione
testimonio
tiri nec fami
pus, quod de
fallunt sensus,
dicamus de e
tudine & vel
esse majorem
tylutit, q
naturæ posit
judicandum

Inst.
nos fallunt
tatem absol
lum fallere
litates respe

R. *Con*
tatu est i.
eundem insti
necessitatem
tudine aut m
experimur
litates respe
fit, legem
Cap. i. Art.
nime ad qu

mus de magnitudine & motu *absolute spectatis*; de *magnitudine* quidem, quia major est vel minor objectorum imago depicta in oculo pro ratione distantiae objectorum & varia dispositione oculi: de *motu* vero, quia ex testimonio visus non possumus exacte dimetiri nec spatium, quod decurritur, nec tempus, quod decurrendo infumitur. At non fallunt sensus, ubi ex ipsorum testimonio iudicamus de existentia corporum, de magnitudine & velocitate *respectiva*, ex. gr. *montem esse majorem formica, leporem esse velociorem testudine*, quin violetur lex illa ab Auctore naturæ posita, qua invincibiliter adigimur ad iudicandum, hæc ita se habere.

INST. III. Sensus citra miraculum nos fallunt circa magnitudinem ac velocitatem *absolutam*: ergo etiam citra miraculum fallere possunt circa has, aliasque qualitates *respectivas*.

Be. Conc. Ant. Neg. Conf. Ratio *diversitatis est 1.) a posteriori*, quia non sentimus eundem instinctum naturalem, seu eandem necessitatem invincibilem iudicandi de magnitudine aut motu corporum *absolutis*, quam experimur in nobis circa has, similesque qualitates *respectivas*: ut adeo hinc manifestum sit, legem illam naturalem, quam *Part. 2. Cap. 1. Artic. 3. §. 4. & 5.* descripsimus, minime ad qualitates corporum *absolutas* pertinere.

nerē. 2.) *a priori*, quia sensus nobis a Deo concessi sunt hunc in finem, ut per eos anima possit conservationi proprii corporis invigilare, sectando utilia, & noxia declinando: ad hoc vero minime requiritur, ut sensus exactam repræsentent corporum magnitudinem, aliasque id genus qualitates *absolutas*; sed sufficit, si *relativas* exhibeant, seu tales, quales sunt intuitu ac perceptu nostri corporis, idque rursus non mathematice, sed saltem moraliter.

INST. IV. Ut testimonium sensuum pariat certitudinem physicam, requiritur, ut sensus sint rite applicati, atque ut præterea constet, illos esse rite applicatos: atqui id nunquam constat: ergo non possunt parere certitudinem physicam. *Prob. Min.* Ut constet, sensus esse rite applicatos, constare debent hæc tria: 1.) Organa non esse vitata. 2.) Objectum esse proportionatum sensui & in debita distantia. 3.) Medium esse purum & recte dispositum: atqui hæc tria nunquam constant: ergo nunquam constat, sensus esse rite applicatos.

R. Neg. Min. Nam quoties adsunt tres illæ conditiones, a nobis requisitæ, & supra *Part. 2. Cap. 1. Artic. 3. §. 10.* enumeratæ, hæc tria manifesta sunt atque indubitata.

INST.

Inst. V.
utrum adlin
fideratæ: eig

R. Neg.
conditiones ut
jam ostendimus
rati §. 11.

Inst. VI.
fus certitudo
corporis: er

aliorum corp
sumus decip

habere corp
habere ped

mus decipi,
exultantes
cum non ha

læ nobili, d
postquam ip

mputarum,
conquesta tul
do quasi ex m
lis digitorum
ergo etiam po
tam propriu

R. Transp
decipi, & res
existentiam po

INST. V. Non possumus esse certi, utrum adsint illæ conditiones, a nobis desideratæ: ergo manet incertitudo.

R. Neg. Ant. Quod enim & quomodo conditiones istæ nobis innotescant indubie, jam ostendimus supra Articuli paulo ante citati §. 11.

INST. VI. Ne quidem datur per sensus certitudo physica de existencia proprii corporis: ergo multo minus de existencia aliorum corporum. *Prob. Ant.* Tam possumus decipi, dum sensus referunt, nos habere corpus, quam dum referunt nos habere pedem vel manum: atqui possumus decipi, & reipsa quidam decepti sunt, existimantes, se habere pedem vel manum, cum non haberent: id quod contigit puellæ nobili, de qua narrat Cartesius, quæ, postquam ipsi deliranti brachium fuisset amputatum, tamen ad se reversa, sæpius conquesta fuit, se dolere plurimum, modo quasi ex manu, modo quasi ex articulis digitorum ejusdem brachii amputati: ergo etiam possumus decipi circa existentiam proprii corporis.

R. Transeat Major. Dist. Min. possumus decipi, & reipsa quidam decepti sunt circa existentiam pedis vel manus defectu conditio-

num requisitarum, conc. cum adessent illæ conditiones requisitæ, neg. Hujus puellæ judicio circa existentiam brachii, jam pridem abscissi, deerant conditiones requisitæ ad legitimam sensuum relationem. Neque enim constans, neque plurium sensuum, imo nullius plane sensus fuit hoc testimonium. Visum ergo, tactumve si adhibuisset, errorem retexisset facile. Quodsi autem nunc porro quæras, quomodo puella ista potuerit eundem pati dolorem, quem passa fuerat antea? sciendum est, animam impressiones, ab objectis exterioribus factas, non percipere immediate in singulis corporis partibus, sed in aliqua parte speciali, ad quam totius corporis nervi pertingunt. Cum igitur post amputatum brachium, nervi ad illam partem pertingentes, eodem modo commoverentur in extremitate interiore, quo fuerant prius commoti, non potuit non eadem in anima oriri sensatio, sive idem dolor. Hinc ad Majorem diximus, *transseat*; quia, si amputatur membrum aliquod, superest tamen aliquid nervorum, qui ab illo membro pertingebant ad eam partem, in qua percipit anima. Nervi illi residui possunt eodem modo agitari, quo prius agitabantur: ac proinde sine miraculo potest anima easdem percipere sensationes, quas percipiebat existente membro: & sic potest citra miraculum falli, referendo illas sensationes ad membrum, quod jam non existit. At

ubi

est nullum o
nervi, colla
non possit
tiones. Ergo

II. Pro

TEstimoni
ni certum
non tantum p
firmo sensu
ce de existere

re Neg.

potest facere,
afficiatur, e
autem; eosde
ra excitant,
sensoris. Er
ti, illam affe
sione corpor

Inst. I.

mus physica
physica: ergo
physica.

re. Disj. A.

physica, hoc
suscipitur metaph
tur motu, qu
Sic certam cau
Nempe motu

ubi nullum omnino esset corpus, nulli essent nervi, nullæ impressiones, adeoque Mens non posset sine miraculo easdem pati sensationes. Ergo non est par utrobique ratio.

II. Pro certitudine metaphysica.

Testimonium sensuum legitimum parit certitudinem metaphysicam: ergo non tantum physicam. *Prob. Ant.* Ex testimonio sensuum certi sumus metaphysice de existentia corporum: ergo.

R. Neg. Ant. Nam Deus per miraculum potest facere, ut anima nostra eodem modo afficiatur, ac si adessent corpora, licet non adsint; eosdem quippe motus, quos corpora excitant, ipse excitare potest in organis sensoris. Ergo non sumus metaphysice certi, illam affectionem animæ oriri ex impressione corporum.

INST. I. Certitudo, quam appellamus physicam, nititur certitudine metaphysica: ergo & ipsa est certitudo metaphysica.

R. Dist. Ant. nititur certitudine metaphysica, hoc est, nititur motivo, quod cognoscitur metaphysice certo, conc. hoc est, nititur motivo, quod habeat connexionem metaphysice certam cum objecto, de quo judicamus, neg. Nempe motivum certitudinis physicae sunt
sensa-

sensationes. Nam ideo judicamus, existere corpora, quia experimur sensationes, quasi ex occasione seu impressione corporum illorum excitatas. Porro sensationes cognoscuntur metaphysice certo, quia percipiuntur sensu intimo; at non habent connexionem metaphysice certam cum rebus, de quibus exinde judicamus; cum Deus possit easdem sensationes seu affectiones excitare in anima, nullis licet corporibus existentibus.

INST. II. Sumus metaphysice certi, Deum non posse derogare legi a se positæ: ergo, cum non adsunt corpora, Deus non potest easdem sensationes in nobis excitare, quas corpora præsentia excitare solent. Ergo, cum judicamus ex testimonio sensuum, non possumus decipi per miraculum. *Prob. Ant.* Si Deus huic legi derogaret, nos induceret in errorem: atqui sumus metaphysice certi, Deum non posse nos inducere in errorem: ergo etiam sumus metaphysice certi, Deum non posse derogare huic legi &c. *Prob. Maj.* Deus nos induceret ad judicandum, adesse corpora, quæ non adessent: atqui hoc iudicium est error: ergo.

sz. Dist. Maj. nos induceret ad judicandum *conditionate*, adesse corpora, *conc.* ad iudi-

judicandum a
hoc iudicium
conditionate
fita Mentem
corpora, nisi
gare potest
proinde induci
ne. Nō dece
legi derogat; c
tist, nisi sup
de non derog
ejusmodi pro
res iudicant a
tur, sed prop

INST. I
Deum non
fice certi er
certi sumus
gi: ergo me
re corpora.
non esse au
da: atqui De
& absurda,
& proinde De
garet huic leg
tet auctor leg
simul atque
tempore &

judicandum absolute, neg. sic *Dist. Min.* atqui hoc iudicium, absolute latum, est error, conc. conditionate latum, neg. Deus vi legis a se positæ Mentem inducit ad iudicandum, adesse corpora, nisi eidem legi derogat. At derogare potest ob causas sibi soli cognitæ, ac proinde inducit ad iudicandum sub conditione. Nec deceptor dici potest Deus, si huic legi derogat; deceptio enim intelligi non potest, nisi supponatur a Deo facta promissio de non derogando. Atqui vero nulla extat ejusmodi promissio. Si qui igitur imprudentes iudicant absolute, ii non a Deo inducuntur, sed propria temeritate ruunt in errorem.

INST. III. Saltem si certi sumus, Deum non derogare huic legi, metaphysice certi erimus, existere corpora: atqui certi sumus, Deum non derogare huic legi: ergo metaphysice certi sumus, existere corpora. *Prob. Min.* Certi sumus, Deum non esse auctorem legis inutilis & absurdæ: atqui Deus esset auctor legis inutilis & absurdæ, si nulla existerent corpora, & proinde Deus semper & ubique derogaret huic legi: ergo. *Prob. Min.* Ille esset auctor legis inutilis & absurdæ, qui simul atque legem posuisset, eam nullo tempore & loco vim esse habituram de-

B b crevis-

creviffet, & fic illi femper & ubique derogaret: atqui, fi nulla exifterent corpora, Deus fic dicendus effer egiffe: ergo effer auctor legis inutilis & abfurda.

R. Hæc effer momenta eorum, qui ftatuunt, nos effer metaphylice certos de exiftentia corporum in genere, five indeterminate acceptorum. Sed *Neg. Min. tanquam de falfo fupposito*. Supponit enim, nos effer metaphylice certos, legem illam effer perpetuam, hoc effer, multis jam retro fæculis extitiffe, perque ea ad nos ufque effer propagatam. Sed nulla effer hac de re certitudo metaphyfica. Fieri enim poteft, ut hoc tantum inftanti, quo cogitamus, exiftamus, & eodem modo afficiamur, ac fi jam diu, multumque vixiffemus: ergo fieri poteft, ut fimus fpiritus modo creati, & eadem ratione modificati, ac fi adelfent corpora, licet nulla profus exiftant, aut extiterint. Saltem nulla in eo effer repugnantia. Hoc autem fi ita effer, non perpetuo, fed in inftanti falleretur illa neceffitas, qua cogimur fentationes noftas referre ad corpora: Deus autem haud dubie derogare poteft legi a fe politæ per aliquod inftans.

INST. IV. Impossibile effer, ut fit tam confans testimonium fenfuum & tam univerfale de exiftentia corporum, quin idem pariat certitudinem metaphyficam de exiftentia corporum in genere: ergo.

R. *Neg.*

R. *Neg.*
 univerfalitas
 titudinem
 pendimus,
 re non polle
 testimonium
 fale. Atqui
 ca deftina
 Supponimus
 univerfum: e
 eodem plane
 cata effer an
 corpora mu
 idem habere
 tia corporum
 fet metaphy
 quo apparet
 de exiftentia
 polle, anno
 quo ageretur
 effer metaphy
 tum in gene

INST.
 confans effer
 verfale testim
 corporeo: et

R. *Neg.*
 phylice certi
 fuum, quia
 poteft affici,

R. Neg. Ant. Etsi enim perpetuitas & universalitas illius testimonii posset parere certitudinem metaphysicam, quod hic non expendimus; tamen respectu nostri illam parere non posset, nisi essemus metaphysice certi, testimonium illud esse perpetuum & universale. Atqui vero hac certitudine metaphysica destitutumur, Res patebit facta hypothese. Supponamus, Deum annihilare mundum universon: deinde creare spiritum, quem eodem plane modo modificet, quo modificata esset anima, quæ multis annis vixisset & corpora multa vidisset. Certe spiritus ille idem haberet motivum judicandi de existentia corporum in genere, nec tamen dici posset metaphysice certus de illa existentia. Ex quo apparet, nos quoque, dum judicamus de existentia corporum in genere, dubitare posse, annon eodem modo nobiscum agatur, quo ageretur cum illo spiritu. Nemo ergo est metaphysice certus de existentia corporum in genere.

INST. V. Certi sumus metaphysice, constans esse testimonium sensuum & universale testimonium hominum de mundo corporeo: ergo.

R. Neg. Ant. Nam 1.) non sumus metaphysice certi constans esse testimonium sensuum, quia in unico instanti anima nostra sic potest affici, ac si semper & ubique eandem

experta esset impressionem, licet nunquam fuerit experta. Equidem certi fumus metaphysice, constans apparere illud testimonium, sed non certi fumus, esse revera constans, sive durans per multa instantia successiva. 2.) Non fumus certi metaphysice de universalitate testimonii hominum, quia non fumus certi metaphysice de existentia ullius hominis, propter rationem modo allatam.

INST. VI. Ex testimonio sensuum fumus metaphysice certi de existentia proprii corporis: ergo. *Prob. Ant.* Certi fumus metaphysice nos existere homines: atqui pariter certi fumus metaphysice, omnem hominem existentem esse corporum: ergo certi fumus metaphysice, nos esse corporeos.

R. Neg. Maj. Equidem certi fumus metaphysice, nos existere, sed non perinde certi fumus, nos existere homines. Potest enim Deus facere, ut ego ex. gr. sim substantia mere spiritualis, & eodem modo afficiar, ac si unitus essem corpori, licet revera non sim unitus.

INST. VII. Certi fumus metaphysice de unione animæ nostræ cum corpore: ergo & de existentia corporis proprii.

R. Neg. Ant. In hac unione duo sunt distinguenda: 1.) modus, quo anima afficitur
ratione

ratione unionis: 2.) corpus, ex cuius occasione nascitur ille modus. Anima certa est metaphysice per testimonium conscientiae, se eodem modo affici, ac si uniretur corpori: certa enim est, se habere sensationes; sed non est certa metaphysice, sibi reipsa unitum esse corpus, quia, Deo supplente vices corporis, potest easdem pati sensationes seu affectiones, ac si esset unita corpori.

INST. VIII. Certi sumus metaphysice, nos habere sensus: ergo &, nos habere corpus. *Prob. Ant.* Certi sumus metaphysice, nos habere testimonium sensuum: ergo &, nos habere sensus.

R. Dist. Ant. nos habere testimonium sensuum *internorum*, sive nos habere sensationes, *conc.* nos habere testimonium sensuum *externorum*, *neg.* Sensus interni sunt sensationes: sensus externi sunt organa corporea, ex quorum motibus oriuntur in anima sensationes. Porro certi quidem sumus metaphysice, nos habere testimonium sensuum *internorum*, sive sensationes, quia innotescunt per conscientiam; at non sumus metaphysice certi, nos habere sensus *externos*; quia, etsi nulla essent organa corporea, tamen posset facere Deus, ut eadem excitaretur sensatio, ac si adessent reipsa & in eis motus fieret.

INST. IX. Certi sumus metaphysice, nos audire, videre, &c. atqui non possumus audire & videre, nisi habeamus organa corporea: ergo certi sumus metaphysice, nos habere organa corporea.

R. *Dist. Maj.* nos audire & videre, id est, nos habere sensationes auditionis & visionis &c. *conc.* id est, sensationes istas excitari per organa corporea, *neg.* Equidem certi sumus metaphysice, nos habere visionem & cæteras sensationes; sed non pariter certi sumus, sensationes illas excitari per organa corporea; quia possunt esse in anima nostra independentes ab illis organis.

INST. X. Certi sumus metaphysice, nos non videre, nisi aliqua corpora, non audire, nisi aliquem sonum: ergo & certi sumus metaphysice, existere aliqua corpora.

R. *Neg. Ant.* Sed tantum metaphysice certi sumus, nos eodem modo affici, ac si apparerent corpora, ac si perciperemus sonum; non autem certi sumus metaphysice, existere illa corpora aut sonum illum; quia potest Deus per se immediate easdem impressiones facere in anima nostra. Sic & somniantes sæpius habent ejusmodi sensationes, licet nec existant corpora, quæ se videre arbitramur, nec sonus, quem se audire existimant.

INST.

INST. XI. Non datur sensatio sine eo, quo solo excitatur: atqui sensatio visionis sola presentia corporum, & sensatio auditionis solo sono excitatur: ergo.

sz. Dist. Min. Sensatio visionis sola presentia corporum, & sensatio auditionis solo sono excitatur, si sensatio fiat juxta legem naturalem, conc. si contra vel præter legem naturalem, neg. Deus, ut jam sæpe dictum, potest hic & nunc derogare legi naturali, & supplendo vices corporum, easdem in anima sensationes excitare immediate ac per se.

INST. XII. Si nulla est certitudo metaphysica de existentia corporum, non sumus metaphysice certi de veritate Religionis Christianæ: atqui falsum est posterius: ergo & prius.

sz. Neg. Majorem, tanquam de falso supposito. Supponit enim, nos excludere omnem certitudinem metaphysicam de existentia corporum, quod falsum est. Asserimus saltem, certitudinem metaphysicam oriri non posse ex testimonio sensuum, quantumvis sit legitimum; sed non negamus, motiva fidei reddere nos metaphysice certos de eadem existentia; siquidem absolute impossibile est, illud non esse, quod, Deo revelante, nobis manifestatum est. Porro plurima fidei christianæ dogmata corporum existentiam vel

expressis verbis docent vel necessario supponunt.

COROLLARIUM XVIII.

Testimonium hominum legitimum parit certitudinem moralem: cujus quidem gradus supremus certitudinæ physicæ æquipollet.

ARGUMENTA CONTRARIA.

A Signari nequeunt conditiones, quæ testimonium hominum reddant legitimum: ergo discerni nequit testimonium hominum legitimum ab illegitimo: ergo testimonium hominum non parit certitudinem moralem.

R. Neg. Ant. Nam conditiones aliæ desumuntur a *facto*, aliæ a *testibus*, aliæ a *testimonio*. *Factum* oportet esse possibile, nec involvere contradictionem. *Testes* oportet esse graves, prudentes ac probos: deinde rerum, quas testantur, peritos: & demum a nullis cupiditatibus inordinatis suspectos. *Testimonium* 1.) sit clarum, non anceps aut ambiguum. 2.) Uniforme & consentiens. 3.) Constans ac perpetuum. Hæc signa ubi occurrunt, legitimum est hominum testimonium. Prout autem ex illis plura vel pauciora desunt, ita eadem proportione immittitur humana auctoritas.

INST.

INST. I. Si requiritur facti possibilitas, ergo nulli miraculo habenda erit fides: atqui falsum consequens: ergo & antecedens.

R. *Neg. seq. Maj.* Nam ratio suadet, legi naturali quandoque derogari posse ab eo, cujus omnipotentia nullis legibus naturalibus est alligata. Quia vero rarioribus contingentibus utique accenseri debent, quin & Imaginationis ludibrio cumprimis obnoxia sint miracula; difficilius omnino fides adhibenda est iis, quæ leviorum hominum relatione nituntur, aut plane circumferuntur auctore incerto.

INST. II. Dignosci non potest, quando nam testes habeant dotes requisitas: ergo conditiones assignatæ non sufficiunt. Ergo testimonium hominum nunquam pariet certitudinem moralem.

R. *Neg. Ant.* Nam 1.) viri graves, prudentes ac probi reputandi sunt, qui tales vel oppido suo vel pago censentur, nec ullam nominis sui labem contraxere. 2.) Rerum, quas testantur, merito habentur periti, si oculis rem ipsi usurparunt; hinc testis oculatus quam longissime antecellit auritum. 3.) Nullis duci cupiditatibus judicantur, tum ex communi hominum opinione, tum inde præcipue, si in eo rerum statu versentur, ubi nihil aut sibi aut suis ex re, quam testantur, vel commodi

vel incoinmodi possit evenire. Conferatur omnino *Part. 2. Cap. 1. Artic. 2. de probabilitate historica.*

INST. III. Saltem constare nequit, an testimonio suæ adsint conditiones, nec ne: ergo manet incertitudo.

R. *Neg. Ant.* Nam 1.) *clarum* est testimonium, si testis utatur verbis propriis, usitatis ac perspicuis, vel certe, si qua perplexa atque ambigua occurrerint, ea explicet de industria. 2.) *Uniforme* est & *consentiens*, si testes plures in adjunctis & circumstantiis facti præcipuis convenient, nec in consequentibus quidquam, quod cum antecedentibus stare nequeat, referatur. 3.) Denique, si, quotiescunque testes ad examen revocantur, vel factum iterato narrant, alioque loco, eadem firmi, immotique edicant elogia, *constans* quoque ac *perpetuum* erit testimonium.

INST. IV. Atqui etiam, cum adsunt conditiones recensitæ, testimonium hominum nihil affert fundatæ certitudinis. *Probatur.* Nulli sunt homines, qui non mentiri possint: ergo etiam, cum &c.

R. *Conc. Ant. Neg. Cons.* Quamvis enim mentiri possint singuli, neutiquam tamen verosimile est, aut universos aut multos, in quibus notantur conditiones requisitæ, simul mentiri velle; siquidem eo ipso vel omnino
vel

vel certe insigniter mutarentur communes hominum mores; id quod non multum foret prodigio abfimile.

INST. V. Nescimus, quinam sint communes hominum mores: ergo, etiamsi aut multi aut universi ad mentiendum conspirarent, non idcirco nobis constaret, communes hominum mores immutari. Ergo his frustra tanquam fundamento superstruitur certitudo moralis.

R. *Neg. Ant.* Cum enim ejusdem Mortales naturæ ac indolis: porro ita quisque se comparatum sciat, ut nec semper nec in omnibus mentiri velit, maxime cum agitur de rebus alicujus momenti, & ex quibus nihil utilitatis aut detrimenti capere potest; tutissimam a se ipso ducit argumentationem ad alios & concludit, tum universos, tum etiam multos, idem uniformiter attestantes, mentiri nolle, ubi abest emolumenti spes, metusque detrimenti. Vid. *Part. 2. Cap. 1. Artic. 4. §. 1. & seqq.*

INST. VI. Saltem absolutus testium numerus, quo ad testimonium idoneum & gradum fidei humanæ congruum opus sit, definiri nequit: ergo testimonium hominum est norma nimis vaga & incerta.

R. *Neg.*

℞. *Neg. Ant.* Nam duo testes, siquidem dotibus requisitis sint præditi, ad gradum congruum fidei humanæ suffiunt. Unde etiam duorum testimonium elogium apud plerasque Gentes putatur sufficiens decidendis causis forensibus, quæ circa factum aliquod agitantur.

INST. VII. Fieri potest citra miraculum, ut hi testes mentiantur: neque certum est, in præsentis casu id ipsum non contingere: ergo horum testimonium nullam parit certitudinem.

℞. *Conc. Ant. Dist. Conf.* nullam parit certitudinem *physicam*, *conc.* nullam parit certitudinem *moraalem*, *neg.*

INST. VIII. Duorum, pluriumve hominum testimonium relinquit prudentem formidinem errandi: ergo neque parit certitudinem *moraalem*. *Prob. Ant.* Relinquit iudicium de possibilitate deceptionis: ergo & relinquit prudentem formidinem errandi.

℞. *Dist. Ant.* Relinquit iudicium *speculativum* de possibilitate *absoluta* deceptionis, *conc.* iudicium *practicum* de possibilitate *moralis* deceptionis, *neg.* Porro ex prioris iudicio non potest oriri prudens formido actualis erroris; quia legitimum hominum testimonium, ceu supra *instantia 4. & 5.* ostensum est, supeditat

peditat prudentem rationem judicandi, rem ita se habere, etsi absolute possit, se aliter habere. Sic, licet domus, quæ videtur firmiter constructa, possit absolute & sine miraculo in prætereuntem ruere, nemo tamen conferetur prudenter ab illa domo recedere propter illam solam possibilitatem, quia huic possibilitati opponitur prudens ratio judicandi, rem non esse eventuram.

INST. IX. Saltem ad certitudinem physicæ supparem ascendere nunquam potest certitudo moralis: ergo falsa est pars corollarii altera.

℞. Neg. Ant. Nam si fere omnes diversorum locorum ac temporum homines factum quoddam uniformiter, constanterque asseverant, profecto non magis prodigiosum foret, Solem matutinis horis ab Occidente cursum incipere, quam eos omnes simul in mentiendo consentire. Sicut enim illic Mundi naturalis, ita hic Mundi Socialis in natura rationali fundatæ leges, moresque communes violarentur.

INST. X. Unus testis mentiri potest sine miraculo, imo duo etiam vel tres: ergo & centum & mille & omnes sine miraculo mentiri possunt.

℞. Conc. Ant. Neg. Conf. Neque enim valet argumentum a paucioribus ad plures, a singulis

singulis ad universos, ceu innumeris exemplis ostendere, pronum est. Porro unum, alterumve hominem aut vi cupiditatum in mendacium, aut infirmitatis humanæ vitio in errorem facti prolabi, etsi rarum sit, tamen possibile est. At vel omnes vel plurimos simul ab insitis a natura propensionibus ac moribus desciscere velle, nemo prudens credet facilius, quam solem ab Occidente oriri, & in Oriente occidere.

COROLLARIUM XIX.

Ex his veritatis certæ criteriis patet, scientiam dari, a nemine, nisi qui careat scientia, negari posse.

ARGUMENTA CONTRARIA.

Nulla datur scientia, si nulla datur conclusio evidens: atqui nulla datur conclusio evidens: ergo nulla datur scientia. *Prob. Min.* Quidquid eget demonstratione, id non est evidens: atqui conclusio quævis eget demonstratione: ergo non est evidens.

R. Dist. Maj. id non est evidens *evidentia immediata, conc. evidentia mediata, neg.* Porro per scientiam nihil aliud intelligimus, quam conclusionem legitime demonstratam, sive ex certis, indubiisque præmissis deductam.

INST. I. Scientia necessario adjunctam habet certitudinem metaphysicam: atqui
evi-

evidentia m
metaphysic
R. I
tia, talem ha
go vel m. rap
ralem Neg.
duo conluc
De materia qu
physica, si pr
de forma ver
deducta, sive
nem cum pr
quos stabili
physicæ: alt
a: demonstra
dicandum.
certitudo nen
a mentiri ve
in sequen. ib
invitus, non
patitur inv
omnipotens.
cogito: erg
INST
fundamen
certitudin
Nitiur me
evidentia m
evidentiam
qui memor

evidentia mediata non parit certitudinem metaphysicam: ergo nec parit scientiam.

Rx. Transeat Major; quia qualis est scientia, talem habet adjunctam certitudinem: ergo vel metaphysicam, vel physicam, vel moralem *Neg. Min.* Nam in evidentia mediata duo considerata veniunt, *materia & forma.* De *materia* quidem habebitur certitudo metaphysica, si præmissæ sint metaphysice certæ; de *forma* vero, si conclusio fuerit legitime deducta, sive necessariam habeat connexionem cum præmissis. Porro primum ex binis, quos stabilivimus, fontibus certitudinis metaphysicæ: alterum ex legibus ratiocinationum ac demonstrationum, suo loco traditis, dijudicandum. Certe iam *materiæ* quam *formæ* certitudo nemini, nisi qui Scepticum data opera mentiri velit, potest esse obscura vel dubia in sequentibus syllogismis: *Quicumque patitur invitus, non est omnipotens: at, qui miser est, patitur invitus: ergo, qui miser est, non est omnipotens. Quicumque cogitat, existit: ego cogito: ergo existo.*

INST. II. Evidentia mediata nititur fundamento fallaci: ergo nequit generare certitudinem metaphysicam. *Prob. Ant.* Nititur memoria, hoc est, non potest esse evidentia mediata, quin memoria exhibeat evidentiam immediatam præmissarum: atqui memoria est fundamentum fallax: ergo.

Rx. Neg.

ꝛ. *Neg. Maj.* Neque enim memoria, sed ipsum consequentiæ iudicium, expressum hac voce *ergo*, simul exhibet & præmissas immediate evidentes, & necessariam consequentis connexionem cum præmissis. Sicut enim, ubi adest evidentiæ *immediata*, Mens simul clare ac distincte percipit duas ideas, & necessariam illarum habitudinem inter se; ita quoque, ubi adest evidentiæ *mediata*, Mens simul percipit & præmissas cum consequente, & necessariam consequentis connexionem cum præmissis. Ut ergo memoria non concurrat ad evidentiæ *immediatam*, sic neque ad evidentiæ *mediatam*.

INST. III. Explicari non potest, quomodo iudicium consequentiæ exhibeat præmissas: ergo data responsio non satisfacit.

ꝛ. *Neg. Ant.* Cum enim concludo, ex gr. in syllogismo, paulo ante propositio, vox ista, *ergo*, eundem habet sensum, ac si dicerem: *existo, quia cogito, & quia omnis cogitans existit.* Atque ita ipsum consequentiæ iudicium simul & præmissas exhibet, & necessariam consequentis connexionem cum præmissis.

INST. IV. Si ita est, Mens simul cogitat de multis: atqui hoc est impossibile; ergo & impossibile est, ut iudicium consequentiæ simul & præmissas exhibeat & consequentis connexionem cum præmissis.

ꝛ. *Neg.*

ꝛ. *Neg.*
pari potest de
sententiam
quod continet
altera aquæ fr
poterit de du
si illa duo ne
evidentiæ med

INST. V
conclusio; a
cet ex aliis d
conclusioni
moriæ, qua
strationum,
dentiæ medi
moria.

ꝛ. *Cont.*
mediata dem
aliquatenus
demonstrati
quamplurim
plur; ergo
tiones valde
moria; ver
maner nobis
& in iis, qu
xime insequ
fallat, maxi
tionis atten

R. *Neg. Min.* Quodsi enim Mens simul pati potest duas modificationes oppositas, ut sensationem frigoris & sensationem caloris, quod contingit, si altera manus aquæ calidæ, altera aquæ frigidæ simul immergatur; quidni poterit de duobus simul cogitare, præsertim si illa duo necessario connexa sint, ut fit in evidentiâ mediata.

INST. V. Esto, ita sit, ubi unica est conclusio; at, ubi sunt plures, aliæ scilicet ex aliis deductæ, non potest remotioris conclusionis evidentiâ haberi, nisi ope memoriæ, qua nimirum recordemur demonstrationum, quæ præcesserunt: ergo evidentiâ mediata nititur aliquatenus memoria.

R. *Conc. Ant. Dist. Cons.* ergo evidentiâ mediata demonstrationis valde complexæ nititur aliquatenus memoria, *conc.* evidentiâ mediata demonstrationis simplicis, *neg.* Atqui verò quamplurimæ dantur demonstrationes simplices; ergo licet negari nequeat, demonstrationes valde complexas niti aliquatenus memoria; verissimum tamen contra scepticos manet nostrum corollarium. Accedit, quod & in iis, quæ sine interruptione se quam proxime insequuntur, memoria raro admodum fallat, maxime, si defixa in filum demonstrationis attentio accesserit.

INST. VI. Si daretur scientia, ergo de rebus existentibus: atqui de rebus existentibus non datur scientia; sermo quippe hoc loco est de scientia *metaphysica*; at de existentia rerum non datur certitudo, nisi vel *physica* vel *moralis*: ergo non datur scientia.

R. *Dist. seq. Maj.* ergo de rebus existentibus *mediate & hypotheticæ, conc. immediate & absolute, neg.* De solis rerum ideis, evidentiter cognitis, datur scientia metaphysica immediate & absolute; de rebus autem ipsis mediate saltem & hypotheticæ, id est, ex hypothese, quod existant. Sic ex. gr. quia vis sentiendi & ratiocinandi continetur in idea hominis, recte infertur, si existat homo, eum indubie habere vim sentiendi & ratiocinandi.

INST. VII. Objectum scientiæ debet esse universale: atqui non datur objectum universale: ergo non datur objectum scientiæ: ergo nec datur scientia.

R. *Neg. Min.* Nam ideæ sunt universales hoc sensu, quod singulæ convenient multis singularibus: adeoque possunt esse objectum scientiarum.

INST. VIII. Atqui ex ideis universalibus non potest deduci conclusio evidens: ergo nec potest esse scientia. *Prob. subsumpt.*

Non

Non potest
tracta inducti
qui impossi
gularium: e
universalibu
dentem.

R. *Dist.*

fito evidens, r
in materia co
saria, neg.
dicitur, cuj
subjeti; qu
teria conting
ter conclusio
facta prius i
gularium; Si
omnes homi
mihî prius
seorsim sum
bedo non e
potest, ut
materia no
ductio. Ita
tur in idea h
nem necessa
tem conven
tugerit; nan
non esse: &
destiturus,
mo, & illi

Non potest deduci conclusio evidens, nisi facta inductione omnium singularium: atqui impossibilis est inductio omnium singularium: ergo & impossibile est, ex ideis universalibus deduci conclusionem evidentem.

Ex. Dist. Maj. Non potest deduci conclusio evidens, nisi facta inductione singularium, *in materia contingente, conc. in materia necessaria, neg.* Propositio de materia necessaria dicitur, cujus attributum continetur in idea subiecti; quod ubi secus est, vocatur de materia contingente. Equidem nihil universaliter concludi potest *in materia contingente*, nisi facta prius inductione sive enumeratione singularium; Sic ex. gr. concludere non possum, omnes homines Europæos esse albos, nisi mihi prius constet, quemlibet Europæum seorsim sumptum esse album; cum enim albedo non contineatur in idea hominis; fieri potest, ut alii sint, alii non sint albi. At *in materia necessaria* minime requiritur hæc inductio. Ita, quia rationalitas ex. gr. includitur in idea hominis, citra omnem inductionem necessario sequitur, eandem rationalitatem convenire, cuicumque hominem esse contigerit; nam idem non potest esse simul & non esse: & si quis supponeretur rationalitate destitutus, eo ipso supponeretur non esse homo, & illi non conveniret idea hominis.

INST. IX. Atqui sine enumeratione singularium scire non possum, utrum propositio sit in materia necessaria, nec ne. *Prob. subsumpt.* Si ex. gr. fieret enumeratio omnium hominum, forte reperiretur unus aliquis, non rationalis: ergo.

R. Neg. Ant. Hunc enim non facilius reperies, quam triangulum, non constans tribus angulis.

INST. X. Ideo forte judicamus, ideam rationalitatis contineri in idea hominis, quia homines, quos novimus, videmus esse rationales: atqui hoc non probat, ideam rationalitatis contineri in idea hominis; plane sicut similis experientia non probaret, ideam nigredinis contineri in idea hominis, si æthiops nunquam vidisset, nisi homines nigros: ergo, ut constet, ideam rationalitatis contineri in idea hominis, omnino opus est inductione.

R. Neg. Maj. Sed ideo judicamus, omnes homines esse rationales, quia, diligenter considerata hominis natura, clare ac distincte cognoscimus, non posse esse hominem, nisi rationalem; sicut ex cognita trianguli natura nemo non distincte percipit, non posse existere figuram, quæ sit triangulum, nec tres habeat angulos. *Ad paritatem R. Æthiopem non*

non clare per
album: nec
ideam homi
de ipsi min
habet, homi
nem. At qu
itam videt r
& irrationali
trique enim
tur, an judic

INST.
certo cogn
Prob. subsum
non est cert
tus noster
ergo non ce
est in nobis
R. Dist
xia semper
aliquibus, c
lectus huma
pata ex cric

INST.
nus est erro
subsumpt. V
noxius in o
manus est
R. Neg
præcise ex i

non clare percipere, hominem non posse esse album: nec ullam videre repugnantiam inter ideam hominis & ideam albedinis: ac proinde ipsi minime evidens esse, ad ideam, quam habet, hominis necessario pertinere nigredinem. At quilibet, modo attendat, manifestam videt repugnantiam inter ideas hominis & irrationalitatis. Dicimus: *modo attendat*; utique enim opus est attentione, ut discernatur, an iudicium sit necessarium, nec ne.

INST. XI. Nulla est in nobis facultas certo cognoscitiva: ergo & nulla scientia. *Prob. subsumpt.* Facultas, errori obnoxia, non est certo cognoscitiva: atqui Intellectus noster est facultas, errori obnoxia: ergo non certo cognoscitiva. Ergo nulla est in nobis facultas certo cognoscitiva.

R. Dist. Min. est facultas, errori obnoxia *semper & in omnibus, neg. aliquando & in aliquibus, conc.* Porro quibus in rebus Intellectus humanus non sit errori obnoxius, satis patet ex criteriis veritatis, hucusque stabilitis.

INST. XII. Atqui Intellectus humanus est errori obnoxius in omnibus. *Prob. subsumpt.* Intellectus finitus est errori obnoxius in omnibus: atqui Intellectus humanus est finitus: ergo.

R. Neg. Maj. Error enim non oritur præcise ex limitatione Facultatis cognoscentis,

sed tum ex rerum obscuritate, tum ex incertitudine motivorum.

INST. XIII. Intellectus Divinus est infallibilis in omnibus, quia est infinitus: ergo a contrario Intellectus humanus est fallibilis in omnibus, quia est finitus.

R. Conc. Ant. Neg. Conf. Disparitas est, quia Facultas infinita hoc ipso, quod sit infinita, continet omnem perfectionem, adeoque & infallibilitatem in omnibus. At Potentia finita non eo ipso, quod sit finita, continet omnem imperfectionem, nec proinde fallibilitatem in omnibus. Ex eo igitur, quod Mens humana sit finita, saltem sequitur, eam non posse omnia cognoscere, nec omnes ejusdem rei respectus & attributa comprehendere; minime vero, quod semper fallatur, aut falli possit, præsertim, ubi judicat ex evidentia vel testimonio conscientiæ.

INST. XIV. Laudantur passim Recentiores post CARTESIUM, dum inculcant, dubitandum esse de omnibus: ergo non immerito erit dubitandum de omnibus. Ergo nulla dabitur scientia.

R. Dist. Ant. Dum inculcant; dubitandum esse de omnibus dubio *Sceptico, neg. dubio methodico, conc.* Dubium *Scepticum* est dubium reale, sive suspensio assensus ac dis-
sensus,

assensus, ita,
traditione
cum est dubi
alterutri con
dem, at al
conquis for
ur, his prohi
tento securus
genus dubii
tur suasse C
ex his ejusd
rum, nume
turi sumus,
poterimus ter
lia agimus,
poterimus id,
cogitat, non

COB

Pro primo
principio sit
vel sententia
distinctam

ARGU

Propos
I habe
tatis ac R
quisiras:
Veritatis a

sensus, ita, ut, qui sic dubitat, neutrae contradictionis parti accedat. Dubium *methodicum* est dubium simulatum, dum nimirum alterutri contradictionis parti adstipularis quidem, at alterius quoque partis argumenta conquiris sollicitè atque accurate expendis, ut, his profligatis ac solutis, in sententia tua tanto securius conquiescas. Cæterum & hoc genus dubii non quoad omnia omnino videtur suasisse CARTESIUS, ceu conjecturare licet ex his ejusdem verbis Parte prima Principiorum, numero septimo. *Cum facile dubitaturi sumus, an ex. gr. habeamus corpus; non poterimus tamen dubitare, an nos ipsi, qui talia agimus, nihil simus; repugnat enim, ut putemus id, quod cogitat, ipso tempore, quo cogitat, non existere.*

COROLLARIUM XX.

Pro primo Veritatis ac Rationis humanæ principio statuimus propositionem: *Quidquid vel sentimus intime, vel per ideam claram ac distinctam percipimus, id certo verum est.*

ARGUMENTA CONTRARIA.

I. PROPOSITIO, quam adstruimus, non habet condiciones, ad primam Veritatis ac Rationis humanæ principium requisitas: ergo male statuitur pro primo Veritatis ac Rationis humanæ principio.

R. Neg. Ant. Nam illud est primum veritatis ac Rationis humanæ principium, quod necessario supponunt omnes, qui ratiocinantur: atqui principium, quod statuimus, supponunt omnes, qui ratiocinantur; Nam 1.) docti supponunt hoc principium, quia tenent ac defendunt, in iis, quæ pertinent ad Rationem, nihil esse admittendum ut infallibile, nisi quod suadet evidentia veritatis sive per sensum interiorem, sive per ideam claram. 2.) Supponunt & indocti; Utut enim illi in multis hæreant; de iis tamen nullatenus dubitant, quæ vel sentiunt intime, vel per ideam claram ac distinctam percipiunt. 3.) Geometræ idem supponunt principium. Cur enim suas demonstrationes ratas habent, nisi quia per sensum interiorem sciunt, se claras habere ideas rerum, quas demonstrant, nec se affirmare quidquam, nisi quod clare ac distincte vident in iisdem ideis. 4.) Ipsi usque adeo Academici, qui negant omnia, non aliud principium desiderant. Ideo enim dubitant de omnibus, quia putant, omnia esse ita obscura, ut nihil clare, ita confusa, ut nihil distincte percipi possit: adeo, ut, si illis constaret, aliquid per ideam claram posse concipi, hoc ipso scientiam non impossibilem judicarent. Ergo propositio, quam statuimus, est primum veritatis ac Rationis humanæ principium. Deinde si quis ad indolem primi principii requirat, ut sit ratio ultima, quæ

quæ reddi
consentit
propositio
sponfiones
terroganti
num.

Inst.
cuique nota
cognitiones
aliam sup
tiones nota
Cogito: ergo
supponit:
est prima

R. Neg
cogito: ergo
propositio
tat, existit
ritas priori
sum, est re
cognitiones
ni aliam co
cognatio: C
cognitiones
quæ hæc p
in proban
rum, cen
plis. Ergo
prærogati

quæ reddi possit de veritate judiciorum, ultro consentimus; sed hoc ipsum convenit nostræ propositioni, quippe quæ ultima est inter responsiones, quæ dari possunt per gradus interroganti de veritate reliquarum propositionum.

INST. I. Illa est prima veritas unicuique nota, quam supponunt omnes aliæ cognitiones nostræ, & quæ ipsa nullam aliam supponit: atqui omnes aliæ cognitiones nostræ supponunt hanc veritatem: *Cogito: ergo sum*; ipsa vero nullam aliam supponit: ergo hæc, non propositio nostra, est prima veritas, unicuique nota.

2. *Neg. Min.* Nam 1.) hæc propositio: *cogito: ergo existo*, supponit cognitam hanc propositionem universalem: *Quidquid cogitat, existit*; quia ex hujus veritate pendet veritas prioris. 2.) Hæc cognitio: *cogito: ergo sum*, est reflexa; reflectitur enim in propriam cognitionem; at cognitio reflexa præsupponit aliam cognitionem directam: ergo hæc cognitio: *Cogito: ergo sum*, præsupponit cognitionem aliam, se priorem. 3.) Denique hæc propositio nullatenus potest influere in probandam certitudinem aliorum judiciorum, ceu obviis quibuscunque patet exemplis. Ergo nihil habet, quod primi principii prærogativam ipsi vindicare posse videatur.

INST. II. Nihil cogitari potest ab homine prius, quam ipsa ejus cogitatio: ergo hæc cognitio: *cogito, ergo existo*, est saltem prima veritas, unicuique nota.

R. *Neg. Ant.* Idipsum enim, quod est objectum cogitationis directæ, prius cogitatur, quam ipsa cogitatio directæ.

II. Principium nostrum supponit aliud principium, videlicet istud: *Nihili nulla est proprietas*: ergo principium nostrum non est primum.

R. *Neg. Ant.* Nam ideo affirmamus, *nihili nullam esse proprietatem*, quia clare percipimus, proprietatem, quæ est modus entis, soli enti convenire: ergo principium, quod primum esse diximus, neque supponit aliud, neque concluditur ex alio.

INST. Possumus ita ratiocinari: *Nihili nulla est proprietas*: & consequenter nulla cognitio: ergo, quidquid clare ac distincte percipitur, verum est: ergo principium nostrum concluditur ex alio: ergo non est primum.

R. 1. *per inversionem*: Possumus ita ratiocinari: Quidquid clare ac distincte percipitur, verum est: atqui clare ac distincte percipitur, nihili nullam esse proprietatem: ergo hoc principium: *Nihili nulla est proprietas*, con-

concluditur
sumus
constr. ratiocinatio
directa est,
ex idea rei
prioritates,
Et hinc in
probat, p
batur, quia
principio.
peritur ab
tentia oppo
res una de
cipio notio
dum, quod
positionem
tio propo
set simul esse
constare tri
potest non
potest sim
go hoc pr
non esse,
propositio
stare tribu
nostrum
nulla est p
III
principi
(simul esse)
non est p

concluditur ex nostro. *R. 2. Dist. Ant.* Possumus ita ratiocinari *ratiocinatione indirecta, conc. ratiocinatione directa, neg.* Ratiocinatio *directa* est, quæ petitur ab idea, cum scilicet ex idea rei, clare cognita, concluduntur proprietates, quæ per illam ideam exhibentur. Et hinc in hoc ratiocinandi genere id, quod probatur, præsupponit illud, per quod probatur, quia ex illo deducitur, ut conclusio ex principio. At ratiocinatio *indirecta* est, quæ petitur ab absurdo, quod sequeretur ex sententia opposita. Ac proinde hic non perinde res una deducitur ex alia, tanquam ex principio notiore, sed saltem ostenditur absurdum, quod fateri deberet, qui negaret propositionem probandam. Talis est ratiocinatio proposita; cui æquivaleret ista: *Si idem posset simul esse & non esse, triangulum posset non constare tribus angulis: atqui triangulum non potest non constare tribus angulis: ergo idem non potest simul esse & non esse.* Quam parum ergo hoc principium: *Idem nequit simul esse & non esse*, concluditur quasi a priori ex hac propositione: *triangulum non potest non constare tribus angulis*; tam parum principium nostrum deducitur ex illo axioma: *Nihilum est proprietas.*

III. Primum veritatis cognoscendæ principium est axioma: *Idem non potest simul esse & non esse: ergo propositio nostra non est primum veritatis principium.*

R. Neg.

R. *Neg. Ant.* Ideo enim credimus, & sine erroris metu affirmamus, *idem non posse simul esse & non esse*, quia id ipsum tam clare percipitur, ut negari non possit.

INST. I. Hoc axioma: *Idem non posse simul esse & non esse*, probatione non indiget: ergo est primum principium.

R. *Dist. Ant.* probatione non indiget, quia clare ac distincte percipitur illius veritas, conc. quia nullum supponit principium, neg. Antequam affirmemus, fieri non posse, ut idem sit simul & non sit, debemus intelligere, quid affirmemus: ergo supponimus necessario hoc principium: *Quidquid clare ac distincte percipitur, verum est.*

INST. II. Illud principium nihil omnino supponit, ad quod revocandi sunt omnes, qui negant prima principia: atqui omnes, qui negant prima principia, revocandi sunt ad hoc principium: *Impossibile est, idem esse simul & non esse*: ergo hoc principium nihil omnino supponit.

R. *Neg. Maj.* Neque enim, qui negant prima principia, eo revocantur tanquam ad principium manifestius, & per quod alia omnia probentur; sed ut cogantur admittere absurditatem sensibilem. Ingenia namque pinguiora melius vident & sentiunt apertam absurdi-

farditate
pudent
obstrepu
sardum,
confident

INST
non potest
nostro pri
deret a no
sterius: e

R. D
penderet a
in essentia,
& Neg. C
nostris, ut
nostræ non
ideis nostris
enim cogit
per ideas.

INST
nium unum
omnium u
mum: ergo

R. D
tione termi
certitudinem
Equidem
mum in v
ejus sunt ip

furditatem quam veritatem: &, dum ex impudenti pertinacia veritati etiam evidentissimæ obstrepunt, erubescunt tamen admittere absurdum, plus scilicet famæ suæ quam veritati consulentes.

INST. III. Si principium istud: *Idem non potest simul esse & non esse*, penderet a nostro principio, ergo rerum veritas penderet a nostris ideis: atqui falsum est posterius: ergo & prius.

R. *Dist. seq. Maj.* ergo rerum veritas penderet a nostris ideis *in cognoscendo, conc. in essenào*, ut loquuntur, *neg.* Sic *Dist. Min. & Neg. Conf.* Hoc est, non pendet ab ideis nostris, ut veritas sit in rebus: ideæ enim nostræ non sunt causa rerum; sed pendet ab ideis nostris, ut cognoscatur veritas: neque enim cognoscere veritatem possumus, nisi per ideas.

INST. IV. Principium illud est omnium universalissimum: atqui principium omnium universalissimum est etiam primum: ergo.

R. *Dist. Maj.* est universalissimum *in ratione terminorum, conc. in ratione fundandi certitudinem, neg.* Sic *Dist. Min. & Neg. Conf.* Equidem principium illud est universalissimum *in ratione terminorum*, quia termini ejus sunt ipsum ens: idea entis porro omnium
patet

patet latissime. At non est universalissimum in ratione fundandi certitudinem, quia non exprimit regulam, quæ se directe extendat ad omnes veritates. Itaque ex eo, quod sit universalissimum in ratione terminorum, sequitur tantum, quod contineat genus omnium terminorum; sed non, quod contineat fundamentum omnis certitudinis; quod tamen requiritur ad rationem primi principii.

INST. V. Omnes aliæ propositiones ultimo resolvuntur in hanc propositionem: *solum Ens est Ens*: ergo allatum axioma est omnium universalissimum etiam in ratione fundandi certitudinem.

ꝛ. *Dist. Ant.* ultimo resolvuntur *tanquam in propositionem, quæ continet genus generalissimum, conc. tanquam in rationem ultimam, quæ reddi possit interroganti de veritate aliarum propositionum, neg.* Nam ultima ratio illa non est alia, quam Evidentia, seu perceptio clara ac distincta. Et sane ipsum illud principium: *Idem nequit simul esse & non esse*, resolvitur ultimo in hanc rationem. Sicut enim percontari liberet, cur certi simus de veritate hujus axiomatis, legitima foret responsio: *quia evidens est, & quia, quidquid est evidens, est infallibiliter verum.*

INST. VI. A veritate istius axiomatis pendet veritas omnium aliarum propositionum:

tionum: er
quam in ra
veritatis.
axioma, et
essent falsæ,

ꝛ. *Dist.*
fitiones essen
primum prin
neg. ideo, quod
ratur fallere p
tione. Nemp
fallum foret.
ntem fallere
ere in aliis,
positiones, u
Et ex hoc ip
trum princip
imam verita

IV. H

omme verac
ta principiu
est primum
Ant. Quom
ta Dei verac
dere ipsi evi

ꝛ. *Neg.*
citate Dei ce
ab evidentia
quam qualis

tionum: ergo & resolvuntur in illud tanquam in rationem ultimam cujuscunque veritatis. *Prob. Ant.* Si falsum esset istud axioma, etiam omnes aliæ propositiones essent falsæ, ergo.

R. Dist. Ant. etiam omnes aliæ propositiones essent falsæ *ideo, quod hoc axioma sit primum principium reliquarum propositionum, neg. ideo, quod, si evidentia falleret in uno casu, pariter fallere posset in casibus quibuscunque aliis, conc.* Nempe hoc axioma est evidens: ergo, si falsum foret, evidentia falleret in uno casu: si autem falleret in uno casu, pariter posset fallere in aliis, & consequenter omnes aliæ propositiones, utur evidentes, possent esse falsæ. Et ex hoc ipso stabilitur & confirmatur, nostrum principium esse primam & universalissimam veritatis cognoscendæ regulam.

IV. Hæc propositio: *Existit Deus summe verax*, est primum cognitionis certæ principium: ergo propositio nostra non est primum principium veritatis. *Prob. Ant.* Quamdiu nobis non erit demonstrata Dei veracitas, semper possumus diffidere ipsi evidentia: ergo.

R. Neg. Ant. Nam abstrahendo a veracitate Dei certi sumus, nos decipi non posse ab evidentia, quia res alia esse non potest, quam qualis clare ac distincte percipitur. *Argumentum.*

guimentum unum instar omnium sit illa ipsa Dei Veracitas, quippe quæ nobis non aliunde innotescit, quam ex evidentia. Ex quo apparet, *CARTESIUM*, cujus est hæc objectio, non satis hac in parte sibi constare. Cum enim Dei veracitas non aliter innotescat, quam per evidentiam; certe, si evidentiam nunquam fidendum esset, ne ipsa quidem Dei veracitas, quin te circulo implicares, demonstrari posset. Atque eadem de causa Dei veracitas neque auget vim evidentiam; Siquidem alias veracitatis Divinæ demonstratio omnium foret debilissima, cum hæc nitetur evidentia pura, demonstrationibus aliis evidentia non pura, sed per veracitatem Dei confirmata, & quasi roborata subnixis. Sicut igitur palam est, cognitionem veracitatis Divinæ principio nostro, tanquam rationi ultimæ, inniti, ita quoque (siquidem hic dubitandi finem facere liber) omni deinceps dubio careat, reliquas etiam veritates ad unam omnes ad idem principium nostrum, tanquam ad rationem ultimam, revocari.


O. A. M. D. G.



nium sit illa ipsa
 nobis non alim-
 dentia. Ex quo
 est hæc objectio,
 saltare. Cum
 liter innoretur,
 te, si evidentia
 ne ipsa quidem
 implicares, de-
 tem de causa Dei
 videtur; Siqui-
 dem demonstratio
 cum hæc nitere-
 strationibus aliis
 veracitatem Dei
 subnixis. Sicut
 em veracitatis Di-
 quam rationi uli-
 quidem hic dubi-
 tati deinceps du-
 eritates ad unam
 iam nostram,
 em uli-

G.





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Gray	Light Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Gray	Dark Black

TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
		R	G	B			W	G	K					C	Y		M		

Philos. 413.

12. Con.

[Handwritten signature]

